





Q. B. V.
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO

FRIDERICO AVGUSTO,
PRINCIPES REGIO ET ELECT. SAX. HEREDE,
ETC. ETC.

DE

MECHANISMO CORPORVM NA- TVRALIVM,

PRAESIDE

M. IO. ERDM. DASCHITZKIO,
ORD. PHILOS. ADSCRIPTO,

DISPVTA^TRIT

ABRAAMVS VATERVS, VITEMB.

PHIL. ET MEDIC. STVD.

D. XXI. APRILIS, ANNO M DCC VI.

IN AUDITORIO MAIORI.

VITEMBERGAE,

LITERIS IO. GOTHOFR. MEYERI.

PRORECTORI
MAGNIFICO
CETERISQUE
PATRIBVS
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
CONSCRIPTIS,

VIRIS

NOBILISSIMIS, SVMME REVERENDIS,
CONSULTISSIMIS EXPERIENTIS,
SIMIS EXCELLENTISSIMISQUE
DOMINIS AC PATRONIS SVMME
OBSERVANDIS.

HAS DISPVINATIONI PVBLICAE DICA-
TAS PAGELLAS
PIETATIS ET OBSEQVII ADVORSVM
IPSOS AETERNI MONVMNTVM
ESSE CVPIT
RESPONDENS.



DISSE^TRAT^O

DE

MECHANISMO CORPORVM
NATVRALIVM.

I.



Eminem esse arbitror ex iis,
qui hodiernae faciem Philosophiae recogitent, aut saltem me-
minisse velit eorum, quae hoc &
superiori tempore in orbe lite-
rato acta fuerunt, cui amplius
obscurum aut ignotum esse que-
at, quanti ab omnibus fiat non solum accuration Mechanice, sed & ratio naturam ex regulis & funda-
mentis Mechanicis interpretandi, quam vulgo *Philoso-
phiam Mechanicam* appellare solent. Nam, praeter-
quam quod ea in omnia fere gymnasia & Philoso-
phorum scholas, in quibus solida sapientia colitur,
communi veluti consensu recepta sit; praeterea ma-
gnificis ubique effertur laudibus, & a viris summis
ac rerum intelligentibus iis omnibus, qui serio phi-
losophari cupiunt, maximopere commendatur.

A 2

Non

4 DISSERTATIO DE MECHANISMO

Non memorabo hic prolixe illustria fama meritissimae nomina, HONORATVM FABRI, IOANNEM ALPHONSVM BORELLVM, PAVLVM CASATVM, FRANCISCVM DE LANIS, CHRISTIANVM HVGENIVM, MARIOTTVM, ISAACVM NEVVTONVM, GODOFR.GVILIELMV M LEIBNITIVM, IOANNEM & IACOBVM BERNOLLIOS, fratres, IOANNEM KEILL, aliosque, quorum alii egregium hoc institutum ore calamique celebrarunt, alii dignitatem eius & praestantiam usu exemplisque declararunt. Satis enim de laudibus eius dixero, si, quod omnia summatim videtur comprehendere, de ea pronunciavero, esse hodie forsitan neminem, qui ultra vulgi opinionem sapere, accuratiusque rerum causas studeat peruestigare, a quo non ista philosophandi methodus summo in pretio habeatur, & magis magisque in dies perficiatur.

II.

Ne quis vero hanc ut novam & antiquis insuffitatem Philosophiam, atque adeo titulo magis speciosam, quam re ipsa perfectam, aut commendabilem esse putet, is sciatur, demonstrari haud vanis indicis, vel argumentis posse, eam ab omni fere tempore, quo sapientia florere coepit, in usu, ac priscis adeo philosophis notissimam fuisse. Hi enim, uti scientiae Mechanicae peritissimi erant, & admirandas plane machinas confidere sciebant; sic quoque ad similitudinem artefactorum, & speciatim machinarum Pneumaticarum, Hydraulicarum, Manganiarum, Nevrospasticarum, Automaticarum & Thaumaturgicarum, rationem.

nem motus in machinis naturalibus, sive rebus corporeis, ingeniose non minus, quam rationi convenienter, subinde exposuerunt. De priori testantur abunde stupenda illa opera, quae post HERODOTVM, PLINIVM, GELLIVM, HERONEM ALEXANDRINVM, PHILOSTRATVM, CLAVDIA-NVM, MARTIALEM aliasque veteres; PANCIROLLVS, POLYDORVS VERGILIVS, MAIOLVS, BETTINVS, KIRCHERVS, PETRVS SERVIVS, & complures alii descripsierunt: quo nomine praeter septem aut plura orbis miracula; praeter hortos penfiles Babylonis; praeter Aegypti pyramides; Rhodi & Romae Colosso ac Colossea; Dædali cum primis tripodes aurei automati, larchae pincernae aurei, convivis ministrantes, Archytæ columba lignea volans, navis & quadriga Myrmecidae, vel una apiculae ala tecta, Archimedis vitrea sphaera, coeli aemula, Heronis machinae hydraulico-pneumaticae, Lysippi, Bryaxis, Charetis, Phidiae, Polycleti statuae, aliaque monumenta vetustatis insigniter ab iis commandantur. De posteriori autem locuples & fide dignus testis est PAPPVS ALEXANDRINVS, cuius verba *Libro VIII. Collectionum Mathematicarum* habentur, quae a Federico Commandino e graeco in latinum idioma ita translata fuerunt: Cum Mechanica contemplatio multis & magnis uitæ nostræ rationibus conducat, iure optimo a philosophis maxima laude digna aestimata est; & omnes Mathematici non mediocri studio in eam incumbunt; etenim FERE PRIMA PHYSIOLOGIAM, QVAE IN ELEMENTORVM MVN-

6 DISSERTATIO DE MECHANISMO

DI NATVRA VERSATVR, ATTINGIT. Nam
cum statum & corporum lationem motumque secundum lo-
cum in universo contempletur, horumq; videm, q;ae natu-
ra sunt, causas reddit; illa autem a natura sua decadere
cogens, extra propria loca in contrarios motus transfert,
quod per ea Theoremat, quae ex ipsa materia decidunt,
excitat.

III.

Id plenius adhuc cognoscere licebit, si, velut in
transitu, ipsas antiquorum Philosophorum Scholas,
a quibus, tanquam ab uberrimis quibusdam fontibus
omnis ad nos philosophiae cognitio emanavit, perlus-
tremus, & quo pacto naturam mechanice excusse-
rint, inquiramus. Primi qvidem sapientiae apud
Graecos conditores XENOPHANES, PARMENI-
DES, & MELISSVS unumquodque, quod existit,
immobile esse statuebant; unde & Aristoteles eos
εαρίωνας vocavit, eo quod stare omnia & quiescere
dixerint: Sed per illud immobile ens nil aliud intel-
lexerunt, quam naturam, vel universitatem rerum,
ut ex rationibus eorum, quas Plato & Aristoteles af-
ferunt, satis liquet; atque adeo non tam motum,
quam vel totius universi in alium locum translatio-
nem, vel quae eius aliqua pars in nihilum abeat, perne-
garunt. Id quod ANAXIMANDRI speciatim sen-
tentia aperte confirmat, qui motum omnino admisit
in partibus illius corporis infiniti, ut partium illarum
secretione infinitae fieri possent rerum genera-
tiones. De HERACLITO autem, CRATYLO, nec
non, Platone citante, HOMERO, EPICHARMO,
EMPE-

CORPORVM NATVRALIVM.

EMPEDOCLE, PROTAGORA, itemque LEV-
CIPPO res extra omne dubium posita est, quos, cer-
tum est, existimasse, omnia moveri; quae sane eorum
demonstrativa non de motu locali & sensibili corpo-
rum concretorum intelligenda est, sed de *irregularibus*
motitationibus insensibilium corpusculorum, ex quibus,
ut constare omnia, sic omnem quoque fieri genera-
tionem, alterationem & corruptionem docebant.
Neque ZENO in aliam & diversam ab istis discessit
sententiam, utpote quem motum non absolute ne-
gassem constat, sed id solum ostendere voluisse, nullum
fore motum, si tam motus, quam locus & tempus, ex
inseparabilibus constaret.

IV.

DEMOCRITVM, quem alioqui ab animalium,
artificiose dissectorum, contemplatione non abhor-
ruisse, ab idoneis testibus accepimus, etiam a Philoso-
phia Mechanica non alienum fuisse, illud argumen-
to esse potest, quod statuerit, omnium rerum mate-
riam esse atomos, hoc est, *corpuscula individua, mutari-*
nescia & sempiterna, eaque variae figurae, laetitia, aspera,
rotunda, angulata, curvata, adunca, hamata, ut apud CI-
CERONEM est I. de Nat. Deorum, ex quibus varie
dispositis res omnes concretae sint. Magnitudini
insuper & figuraeistarum atomorum *pondus addidit*,
propter quod corpuscula illa se, nulla cogente na-
tura, sed necessitate, hoc est, ut idem Cicero exponit,
atomorum gravitate naturali, vi sua ac pondere, in
hanc universi machinam fortuito concursu congre-
gassent. Quae placita, solo hoc extremo excepto, ad
amus.

8 DISSERTATIO DE MECHANISMO

amissim retinuit & ulterius propagavit EPIC V-
RVS, & postea LVCRETIVS, Poeta non minus,
quam Philosophus, qui suum, quod de *rerum natura*
versibus Latinis conscripsit opus, hortis Epicuri de-
bet; unde *Lib. II.* ita canit.

Quin etiam refert nostris in versibus ipsis

Cum quibus, & quali sint ordine quaeque locata,
Namque eadem coelum, mare, terras, flumina Solens,
Significant, eadem fruges, arbusta, animanties.

Sic ipsis in rebus item iam materiae

Intervalla, viae, connexus, pondera, plagae.

Concursus, motus, ordo, positusque, figure

Cum permuantur, mutari res quoque debent.

V.

ARISTOTELES saltem a quibusdam accura-
tioris huius philosophandirationis ignarus fuisse exi-
stimat, utpote quem recentiores e Cartesii schola
philosophi, quod omnia occultis quibusdam qualita-
tibus expedire maluerit, penitus explodendum esse
consent. Sed vindicarunt eum ab hac iniuria, & ob-
servarunt egregie PARKERVS & post eum doctissi-
mus SCHELHAMMERVS, ipsum eadem ple-
rumque mechanistri ratione, qua hodie Mechanici,
rerum naturam exposuerisse. Et certe non modo ipse
Mechanicam conscripsit, sed etiam de ea magnifice
sensit, *nullam scilicet artem esse, nullam scientiam, quae*
evidenter naturam superare videatur, quam Mechanica,
initio Quæstionum Mechanicarum: qui locus di-
gnus est, qui legatur. Praeterea secundum ipsius
effa-

effatum motus unus omnia in natura potest, semper fuit, & semper erit, & cum materia omnium rerum causa & principium existit. Qvod adeo perseqvitur, ut Lib.II. *Physic. Auscult.* i.9. ubi de necessitate in rebus naturalibus agit, tandem concludat: *Manifestum igitur est, quod in naturalibus necessitas sit, illaque, (ut Graeca verba Schelhammerus convertit) ex materiae ratione fluat, & ex motus ipsius ratione.* Imo in seqventibus docet, tam materiam, quam materiae modum figurasyne eius propter finem tales esse factas, ut hinc effectus naturales ex necessitate aliqua sequantur. Qvod, quid aliud est, quam expressis verbis asserrere, corpora ex lege mechanica, quam ita sint figurata, ut sunt, & ex tali materia constent, agere, qvod agunt, omnia? Ut proinde ex istis bene concludat laudatus ante PARKERVS Lib. de Deo & Div. Providentia p.373. *Quanquam recentiores nostri Mechanici Philosophum, quod omnia occultis quibusdam qualitatibus efficerit, plane irridendum esse putarunt, ipsum tamen eadem plerumque mechanismi ratione, qua ipsi, si quidem legere potuissent, rerum naturam confecisse viderent. Vnum enim motum omnia in natura posse voluit; & quanquam plura motuum genera esse statuit, non tamen physice, sed dialectice divisit, ut ad suam quicunque motus categoriam reducatur.* Qvod cum fecerit, omnes solo motu locali confici docebat, adeo ut nihil unquam aut digni, aut interire, aut quo modo alia quavis, nisi motus ratione, immutari possit. Qvod etiam perspicue comprobatum putat, quoniam substantiarum ortus & interitus, & quaelibet alia, secundum quantitatem aut qualitatem, mutatio concre-

10 DISSERTATIO DE MECHANISMO

tione & secretione fiunt. Quae cum motu locali perficiuntur, eo solo omnia naturae opera perfici conculsit, atque igitur eundem ipsius naturae nunc vitam nunc animam esse definivit. Imo & ipsas qualitates, quas tanto fastidio aspernantur Mechanici, solo materiae motu, cum ultro citroque versatur, nasci & interire putat; ut ipsae, quicquid mutationis efficiant, secundum leges cuiusque naturae mechanicas operentur.

VI.

Sed nemo exquisite magis, aut majori vel studio, vel ingenii acumine Mechanicen & ipsam philosophiam Mechanicam, inter veteres excoluisse censendus est Divino ARCHIMEDE, qui, praeter illa Geometrica sui monumenta, Mechanicae & Staticae principia duobus libris de aequiponderantibus & de humido insidentibus nobis demonstrata reliquit. Eius tanta nominis celebritas fuit, ut PAPPVS citato supra loco, postquam Mechanicae apud Veteres varietatem, tam Rationalem, quam Manuariam, & artes quoque Mechanicas, tam ad vitae usus necessarias, quam ad delectationem facientes, recensuisset, subiungat: Horum autem omnium causam & rationem cognovisse aiunt quidam Syracusanum Archimedem; is enim solus nostris temporibus varia & natura & intelligentia usus est ad omnia perscrutanda; quemadmodum & GEMINVS Mathematicus asserit, in Libro de Mathematicarum disciplinarum ordine. CARPVVS autem ANTIOCHENSIS dicit, ARCHIMEDEM Syracusanum unum duntaxat Librum Mechanicum composuisse, de Sphaeropoeia, hoc est, de Sphaerae constructione, de aliis vero sibi scribendum non



CORPORVM NATURALIVM. II

non existimasse, quamvis apud multos ob Mechanicam fa-
cilitatem summo in honore semper fuerit, & admirabilis
magnq; quodam ingenio habitus sit, adeo, ut adhuc apud o-
mnes homines eius fama mirandum in modum celebretur.
Et qv in non aeternum nomen sibi comparaverit? Sa-
ne vel solus antea a nobis commemoratus globus
coelestis, qvo dispare illos coelestium corporum
cursus affabre imitatus est, & vivum veluti naturae
opus effinxit, summum architecti huius ingenium
in omnia secula propagabit. Ut nihil dicam de stu-
pendis istis operationibus, qvibus coram Rege Syra-
cusarum specimen scientiae suaedere iulius, sola
manu laeva qvinq; milleñorum modiorum pon-
dus attraxit, & praeterea navem maximam, in sic-
cum litus eiectam, & gravissime oneratam, cum in-
strumentis ad se perinde, ac si in mari remis ageretur,
adduxit, aliamq; postea recens fabrefactam, tantaē
magnitudinis, ut eam omnes cives Syracusani con-
iunctis viribus loco movere non potuerint, ab solo
rege Herone, machinis adiuto, in mare educi perfe-
cit. Demum arte sua confisus, eo processit audaciae,
ut eam vocem protulerit: Da mihi ubi sistam, & ter-
ram movebo. Ex qvo satis de exacta Archimedis sci-
entia Mechanica, & eius ad naturam facta applicatio-
ne constare puto. Post eum nemo in hoc eruditioñis
genere clarum magis nomen adeptus est, quam HE-
RO ALEXANDRINVS, qvi, licet ad Mechanicae api-
cem, perinde ac Archimedes, evectus minime sit, fa-
cilitatem tamen Mechanicam egregie percalleuit, pa-
riterq; ex ea rerum causas studuit declarare. Nam

12 DISSERTATIO DE MECHANISMO

praeterquam quod libellum de *Spiritalibus*, *sive*
πνευματικοῖς elaborarit, ubi modum & rationem admirandarum machinarum ope Spiritus concitatarum,
aliumque de *ὑδρέσιοις*, in quo de horologiis, per aquam
constructis agit; simul eadem opera de Vacuo tradidit, utpote qvi vacuum disseminatum in aëre & aqua
agnoscit.

VII.

Ab istius obitu nobilissimae huius doctrinae fundus aliquantum incultus aut derelictus iacuisse videtur, nisi quod in hortis Epicuri, ut ex Lucretio supra citato intelligere est, quaedam eius remanerint vestigia. Contigit autem obitus Heronis Anno CCIV. ante Chr. N., cum Lucretius, iuxta Gifanum in vita eius, obierit anno Vrb. Cond. DCCI. Cn. Pompeio M. tertium Cos. Neque tamen tum in philosophantium scholis neglectam omnino fuisse Mechanicam philosophiam, indicio nobis est PAPPVS, qvi circa annum Christi CCCC. vixit, e quo discere est, non levi aut superficiaria opera pertractatam tunc temporis illam fuisse, cum elegantissima, & omnis generis problemata in erudito eius libro *Collectionum Mathematicarum* occurrant. In eo enim nелatum quidem ungverm ab Archimedis principiis recessit, & multa egregie philosophatus est, demonstravitque, qvicqvid in machinis aut cogitari perite, aut acute definiri, aut certo statui potest, id omne quinque illis, infinita vi praeditis machinis acceptum esse ferendum. Atque utinam post huius viri fatu, temporum iniuria, non penitus intercidisset utilissimum philo-



philosophiae Mechanicae studium, qvum inundante orbem tristi barbarie, literae & artes apud Arabes & Saracenos sedem aliquamdiu figerent; a qvibus cum deinde ad Europaeos translatae fuissent disciplinae Philosophicae, mirum non est, Scholaſticos, qvi ex ſolo Averroë ſapiebant, & corruptis Aristotelis codicibus, versionibus ſclicet ex Arabico idiomate factis utebantur, ſpreta Mathematicarum Scientiarum cultura, in spinis & ſubtilitatibus Metaphysicis confenuiſſe, atqve praefantimmaſſam hanc philosophandi rationem, qvae universae philosophiae lucem affert, contempniſſe proṛſus aut ignorasse. Vrut enim inſiciari nolimus, apud Arabes in media iſta barbarie, cum aliae artes frigerent, nihilominus tamen viguiſſe Matheſin; nullo tamen certo arguento probari potest, floruiſſe qvoqve Mechanicem, cum eorum peritia Matheſeos ultra Arithmeticae, Astronomiae, & Astrologiae cognitionem ſeſe non extenderet.

VIII.

In ſumma illa facultatis Mechanicae ignoratione non niſi paucis qvibusdam accuratiořis ingenii viris exculta ea fuit, qvos inter ex Italis FEDERICVM COMANDINVM, GVID. VBALDVM E MARCHIONIBVS MONTIS, & HIERON. CARDANVM; ex Anglis ROGERVM BACONEM merito ſuo numeramus, utpote qyi in illo ſapienciae interregno amissum per negligentiam patrimonium, doctis ſuis lucubrationibus restaurare conati fuerunt; donec tandem post omnium curas vigiliasque illud nobis sub initio ſeculi ultimo elapsi felici fydere reſtituit

B 3

nobilis.

14 DISSERTATIO DE MECHANISMO

nobilis ille Lynceus philosophus, GALILAEVS DE
GALILAEIS, ob id iure suo alter Archimedes
compellandus. Hic enim, clave Geometrica rursus
referatis naturae claustris, novam condidit de motu
scientiam, & methodum monstravit, qva rerum cau-
sae Mechanicae feliciter sint indagandae. A qvo
tempore qvam plures novae machinae, qvarum ve-
tustas plane ignara fuerat, non solum inventae, sed
& ope earum multae veritates, qvae tamdiu in abdi-
to latuerant, in apricum prolatae, atqve affectiones
corporum insigniter illustratae fuerunt. Ut non si-
ne merito fateri fas sit, Scientiae Naturalis faciem
a Galilaei inde aevo penitus immutatam fuisse, cum
longe excellentior certiorqve rerum Phyciarum
cognitio evaferit, qvam sub Metaphysicorum vel
Scholasticorum auspiciis erat, qvibus nominis istius
philosophi non tam rerum causas indagasse visi sunt,
qvam idonea rebus ipsis imposuisse nomina, atqve
terminos adinvenisse, qvibus actiones naturales rite
designare possent. Insistebant yestigiis Galilaei in-
signes viri, TORRICELLVS & PASCHALIVS, coe-
prumqve ab ipso negotium strenue urgebant; nec
alienus ab hoc instituto erat, aut partes istas penitus
deserebat vir summus, PETR. GASSENDVS, qui ob
id meruit a Parkerolaudari, qvod neimo philosopho-
rum praeter ipsum ausus fit dicere, qvamobrem aut
sol, aut terra, aut aliud sydus axi sua circumvolvatur,
qvando is solus post omnes Mechanismi conatus fi-
bris qvibusdam atqve machinis id perfici voluerit.
Imprimis vero summam in hoc genere laudem con-
secutus

secutus fuit C A R T E S I V S , qvi omnes accuratioris philosophiae cultores infinitis sibi modis devinxit, qvod phaenomena naturae ad leges Mathematicas revocarit, missisqve occultarum qualitatum umbris, viam monstraverit, qva felicius veritas inveniri comprehendique possit. Cuius exemplum postea magno numero alii fecuti fuerunt , mutuamqve naturae & artis in machinis coeuntium societatem admirati, stupendorum per illas effectuum causas physicas reddere studuerunt. Atqve adeo Mechanica haec philosophandi ratio hoc nostro tempore caput sublimius, qvam unquam antea, extulit, & inter reliquias omnes methodos sola fere ubique, ubi non Nationalis, sed Realis philosophia excolitur, dominatur.

IX.

Et certe non immerito eadem omnibus aliis antefertur ; nam si discesseris ab illa, nullum aptius convenientiusqve in universa sapientiae humanae amplitudine adiumentum reperies, qvod maiorem illi opem ferre queat, qvi mentis sua aciem ad rerum omnium vim naturamqve videndam exacuere velit. Cuius proinde tantus est in scientia Naturali usus, ut viri harum rerum intelligentes eam iure suo clavem esse dicant, qva occultiora Hecates mysteria feliciter aperiuntur, probe gnari, qvicqvad in Physica ultra sensum & coniecturas procedit, & nos scire asseveratione affirmare possumus, id omne acceptum unice ferendum exqvisito illi Pheronomicae studio, in qvod omnes melioris notae philosophi nullo non tempore incubuerunt. Per hanc enim non solum instituta

veluti

veluti qvadam similitudine res ita declarantur, ut i-
pis etiam sensibus pateant, & ante omnium oculos
posita sint; ut cum artifices nunc solo aquarum lapsu
amoenissimos fontes exhibent, & iucundissimo spe-
ctaculo aquas ad delicium salientes, & per siphones
tubosqve varie formatos protrusas, modo expan-
dunt in subtilissimum lucidissimumqve velum, mo-
do diffundunt in radios, figurant in stellas, in iridem
aut flores effingunt, crispant in pluvias, conglobant-
qve in grandines; nunc inclusi intrusive aëris vio-
lentia aquas ejaculantur in altum, ut perticae instar
radio erecto vel reflexo in coelum volent, inflant ti-
bias vel tubas, aut volucrum animaliumqve aliorum
cantum & actiones ad vivum imitantur; vel etiam
epitomiis laxatis ministerio compressi aëris tonitrua
repraesentant: verum etiam, qvod longe maius est,
& hic prae ceteris spectandum, multarum rerum
phaenomena in principiis suis & causis, qvae magis
animum sapientis, qvam ipsi effectus movent, ele-
ganter demonstrantur, atqve ita tora naturae facies,
detracto qvodammodo velo, qvod spectatoribus,
Geometriæ imperitis, nil nisi caliginem offundit,
contemplanda exhibetur.

X.

Neque enim Mechanica, ad qvam, iudice doctissimo Anglo, IO. KEILLIO, *in praefat. Introductio-*
nis sua ad veram Physicam, nulla alia ratione,
qvam per Geometriam aditus patet, ab aeqvis & iu-
stis rei **mar** itris solum ob id tanti aestimatur, qvod
ingeniosas adinveniat machinas, a qvibus mille
com-

commoda in vitam humanam redundant, sed qvod vel maxime summa voluptate aninum hominis, sciendi cupidum perfundat, dum rationes rerum altius contemplatur. Qvae causa est, cur, observante MARESIO in Episola ad Ismaelem Bullialdum, Plato Archytam & Eudoxum increpauerit, tanquam Geometriae corruptores, qvod dignitatis illius non satis memorares, eam manuorio operi serviliter addixissent, & a rebus incorporeis & ~~vno~~ ad ~~di~~ indigne traduxissent; & cur Plutarchus ea, qvae in Mechanica exhibuit vir in ea summus, Archimedes, & omnibus in miraculo fuerunt, *Geometriae Iudentis nō posse* fuisse, pulchre scripserit. Qvod etsi GVID. VBALDO, qui & ipse, ut supra annotavimus, inter primos fuit, qui post renatas literas Mechanicam diligenter excolueret, non videatur probari; dum Aristotelem existimat, mechanici amoris ardore, praferendum Platonis, qui, teste Plutarcho, Archytam & Eudoxum, Mechanicae utilitatem impensis colentes ab instituto deterruit, qvod nobilissimam philosophorum possessionem in vulgus indicarent ac publicarent, & velluti arcana philosophiae mysteria proderent: tamen, si fatendum qvod res est, minimum id est, qvod ex Mechanica scientia utilitatis in hominum usis proficitur, si comparetur cum eo, qvod ea ad amplificandam universam philosophiam, & imprimis ad scrutinium naturae felicius instituendum confert.

XI.

Agnoscunt id satis, qvicunqve hodie studio philosophiae Mechanicae serio incumbunt, viri de discipulis

C

plina

18 DISSERTATIO DE MECHANISMO

plina Naturali meritissimi, e quibus vel unum supra laudatum KEILLIVM, qui instar omnium esse potest, allegasse sufficiet. Huic in citata ante docta prae-
fatione tantum non omnes errores in Physica ex hoc fonte promanasse videntur, quod homines, Geometriae ignari philosophariausi sunt, & rerum naturalium causas reddere. Quid enim aliud, inquit, praeter hallucinationes ab iis expectandum, qui Geometriam, totius Physicae fundamentum neglexerunt, & ignoratis naturae viribus, per Geometriam tantum aestimandis, ipsius tamen operationes metbodo, regulis mechanicis minime congrua, explicare sunt aggressi. Vnde postea ipse vera & genuina principia Mechanica suppeditavit, quibus cognitio rerum naturalium, veluti in solido fundamento inniti possit, quae Introductionis titulo in veram Physicam insignivit. Non possum tamen, quin ei ad latus adiungam recentissimum Institutionum Physicarum Conditorem, FRANCISC. BAYLIVM, qui usum Mechanicae in indagatione rerum perspicuis verbis declarat: Sunt circa machinas speculationes plurimae, ea, cui attestantur, solertia mirabiles, subtili artificio incundae, variis, quae conferunt, commodis utiles, & magnam partem necessariae ad penitus detegendam in naturae operibus artem Divinam. Nec enim in natura corporea sine arte quicquam efficitur, ut merito naturae opera Dei artefacta esse dicantur, in quorum tum generatione, tum conseruatione, infinita instrumentorum varietate & admirando apparatu utitur natura, iuxta leges, a supremo opifice positas. Haec cum ita sint, impossibile est interiora naturae scrutari, & eam, qua unius

versus



versus regitur, oeconomiam detegere, ignorato machinarum usu. Ut mirum non sit, quod ii, quod hoc studium neglexerunt, tam absurdā sint nugati in iis, quae spectant ad viventium incrementa, & ad tantam varios, qvū in animalibus obseruantur, motus, ad quos efficiendos manifesta adeo est, quae requiritur, partium mechanica structura, ut ipsi Mechanices contemptores aut hostes, cogente veritatis splendore, viventium corpus organicum, seu Machinam appellarent. Verum tantum abest, ut de machinis tractatio aliena videatur apphilosophia, quin potius magnum decus illi est allatura. Etenim machinarum scientia egregiis inventis artes ad vitae varia commoda necessarias primo induxit, deinde auxit illustravitque, quibus sic careat, misera futura sit hominum vita.

XII.

Imo nec desunt multiplices fructus, qui ex recte facta Mechanicae ad observationem naturae applicatione sunt consecuti, ex quibus hic sine dubio amplissimus & uberrimus est habendus, quod eadem effecit, ut quae ignorarent veteres, posteri eorum scire, & quae difficulter comprehenderent, distincte & perspicue percipere possint. Lucis naturam, quam philosophi a tot inde seculis disquisitionibus suis magis obscurarunt, quam declararunt, perspicue nobis mechanica ratione exposuit C A R T E S I V S, & post illum multo accuratius NEVVTONVS atque H V G E N I V S. De Meteoris hac methodo post veteres nemo felicius & exactius differuit, quam idem ille C A R T E S I V S, pluresque alii, quide aeris natura, & radiorum conditionibus sunt commentati. Anima-

C 2 lium

20 DEDICATIO DE MECHANISMO

lium motum ex legibus Mechanicis dextre explicit
BORELLVS. Reflexionis & refractionis naturam
ex aequilibrii fundamento deduxit & stabilivit IO.
BERNOVLLIVS. Quid multa? NEVVTONVS,
cuius sagacissimum ingenium, ut KEILLIVS de eo
iudicat, plura & abstrusiora patefecit naturae myste-
ria, qvam sperare mortalibus fas erat, & ad cuius in-
ventorum, qvaecunque patres nostri de philosophia
Mechanica nobis tradiderunt, ne decimam quidem
partem assurgunt, qvae proprio marte per summam
in Geometria peritiam adinvenit, ille, inquam, sin-
gulari opera ex natura motus, totam gravitatis,
elasticitatis, resistentiae fluidorum, viriumque, sive
attractivarum, sive impulsivarum rationem, in
suis, qvae edidit, *philosophiae Naturalis principiis Ma-*
thematicis, egregie declaravit, nec dubitat, reliqua
qvoque naturae phaenomena, eodem argumentandi
genere, ex principiis Mechanicis derivari posse, eo
qvod verosimile videatur, ea omnia ex viribus qvi-
busdam pendere, qibus corporum particulae per
causas, nondum cognitas, vel in se mutuo impellan-
tur, & secundum figurae regulares cohaereant, vel
ab invicem fugentur & recedant, qibus vero hacte-
nus ignotis philosophos frustra naturam tentasse ne-
cessum fuerit. Qvam facile autem ad rerum a no-
bis longe disitarum affectiones explicandas, plane-
tarum scilicet motus, ipsorumque inaequalitates, ad-
huc possint principia Mechanica, nuper literato
orbi innotuit per *Elementa Astronomiae Physicae & Geo-*
metriae a. D. GREGORIO, Astronomiae Profes-
sore

fore Saviliiano edita, opus cum sole & luna, ut censet Keilius, duraturum. Non ulterius torqebunt philosophos fluviorum & ventorum causae, ab acutissimo Geometra, H A L L E I O, in *actis Philosophicis* traditae, ante ipsum frustra tentatae. Qvin arduum esset negotium innumera illa recensere specimina, qvae ex SOCIETATIS REGIAE utriusque, LONDINENSIS & PARISIENSIS laboribus humano generi provenerunt, cum de posteriori vel sola historia, ab HAMELIO nuper evulgata, iustum volumen absolvat. Nec facile est ostendere, quantum debebit omnis posteritas illustris H V GENII *Geometricis de motu pendulorum demonstrationibus*, aut egregiis nobilis BOYLEI, quem ob summa in hoc studium merita primo loco nominare debuissimus, experimentis, qibus admiranda plurima retexit naturae arcana. Qvae certe spem faciunt certissimam, fore, ut seculo aeo pari industria & successu qvam plurima auctalia naturae phænomena per Mechanismum manifestentur, ac a Boyleo suo tempore praefitum fuit.

XIII.

De hoc postremo enim sigillatim observasse iuvabit, ipsum prae aliis omnibus nihil magis fibi agendum putasse, qvam ut, explosa notione *vulgari naturæ*, qvae describebatur per *principium motus & quietis*, & causa omnium actionum & operationum habeatur, in eius locum sufficeret *Mechanismi vocabulum*, quo longe aptius rem exprimi posse existimavit. Primo quidem, qvod naturae vocabulum sit valde ambiguum, dubiamqve orationem reddat; deinde

C 3

qvod

quod definitio Aristotelis ob obscuritatem intelligi nequeat; praeterea vulgaris naturae notio Ens quodam sapientissimum, inter Deum & res creatas medium, quodque mundi origine prius sit, involvat; & denique Christianae religioni iniuriam faciat, & ad Polytheismum ducat. Qvae sententia in *peculiari de natura Disquisitione* ab eximio hoc viro proposita, quum deinde a celeberrimo STVRMIO, *conscripta de Naturae Idolo* dissertatione, ulterius defenderetur, factum est, ut ipsi cum doctissimo SCHELHAMERO, Medico Kiloniensium primario, & postea etiam eum illustri LEVBNITIO mutuae concertationes intercederent. Nam quantum cum Boyleo Sturmius adversus receptam Naturae notionem pugnare conatus fuit, ut eam e Christianorum scholis eliminaret, tantum ex adverso celeberrimus Schelhammerus annis est eandem defendere, & in pulpitibus docentium conservare. Itaque, edito eruditissimo de *Natura sibi & Medicis vindicata tractatu*, inter alia, qvae adversus Boyleum atque Sturmium disputat, ea etiam profert, qvae Mechanismi vocabulum suspectum & odiosum reddere valent. Censet enim pag. 120. esse Mechanismi notionem longe peiorem, quam naturae, siquidem vox ista, praeterquam quod barbara, insitata & absurdas sit, insuper etiam minime exprimat, quod per eam exprimere velimus, sive a naturae ratione admodum diversa, & praeterea tralatitia & impropria, quippe qvae ex arte manifesto transferatur ad naturam, cum unxan omnibus Graecis & Latinis vel artificium vel factum notet. Addit postea, Mechanismum, quid sit,

ne in-

ne intelligi quidem posse, adeo praeter omnem lingvarum rationem factum esse vocabulum &c. At vero cum ipse Schelhammerus id unice vel maxime in Mechanismo desideret, quod non exakte rationem & vim naturae designet, neque cum ea paria faciat; de cetero autem confiteatur, omnem istam controversiam tantum non de nomine esse, & Boyleum vel invitum cum ipso, quantum ad rem, idem sentire, uti ex aductis locis confirmat: nemo facile erit, qui non agnoscat, hoc tanti non esse momenti, ut propterea Mechanismum repudiemus; praesertim cum ipse concedat vir sagacissimus, posse Mechanismum, si reete explicetur, utique admitti, & sua utilitate philosophiam Mechanicam non carere. Qvod non tantum innuit *citat. libr. C. VI. p. 112.* ubi contra Bodinum disputans, multa hodie, inquit, ex similitudine rerum Mechanicarum optime explanantur, nec desperandum de reliquis, postquam Philosophia haud paulo subtilius, quam olim, atque ipso adeo Bodini tempore, excoli coepit, sed & uberiori *Cap. VII. pag. 157.* confirmat: Cum omnia naturae opera per arti simillimam rationem fieri, & ante dixerim, & antiqui iam obseruant, nil aliud, quam partium, fluidorum, particularum structuram intelligi posse, quilibet, arbitror, existimabit: ut non male recentes per analogiam Mechanicam eam explicare cooperint, modo sibi temperarent in his, nec ad rudes illos instrumentorum, quibus artifices utuntur, modos figurarique omnia exigerent atque applicarent.

XIV.

Dicitur autem Mechanismus a Scientia Mechanica

nica, quae ars est, ingentia pondera per machinas exigua potentia movendi. Hic enim est praecipuus Mechanicae scopus, machinas excogitare, quibus potentia, sive vis motrix iuvetur ad pondera, alioqui vires humanas superatura, movenda, motuumque machinalium assignare causas, ut naturale esse constet, quod vires naturae superare videtur. Praecipuum igitur, quod hic spectatur, est *machina*, non quodcumque instrumentum fabrile, sed quae ingeniose inventa, & in sua etiam simplicitate admiracionem meretur. Derivatur enim secundum doctrinam interpretationem vocabulum istud ab ingenio & inveniendo. *Machina*, inquit LIPSIUS L.I. Poliorc. ex auctore Etymologici, *Graecis est μηχανή, πάρα τὸ μῆδος, ab inveniendo aut sapiendo; sive παρετὸν μηχανέων, η μη εἶσθαι χαίνει τίνα Φεύκιως διὰ τὸ επιμέχεσσαν ἐντεχνοῦσσης, quae bictere scilicet aliquem non finit, neque reprehendendi causa os solvere, ob efficaciam in ea Gātēm, ut Euclatibio apud eundem placet.* Certe Itali, &c, teste eodem Critico doctissimo, posteriores scriptores Latinī machinas hac ipsa de causa *ingenia*, & eartum architectos *Ingeniariorū* appellant. Vnde Asconius Pedianus ait, *machina est, ubi non tam materiae, quam rationis atque ingenii dicitur.* Imprimis tamen Machinae vox de potentius Mechanicis adhibetur, & definitiō inde solet, quod sit corpus, debita conformatione praeditum, cuius opere motrices duas virtutes, in diversa & opposita nitentes, ita connectuntur, ut, sive aequalves sint, sive inaequalves, se mutuo superare possint, aut in aequalibus consistere, pro varia machinae virtutumque in ipsa constitutione.

XV.

XV.

Harum machinarum, ab ingeniosis Mechanicis excogitarum, licet infinitus sit numerus, omnes tamen ad quinque simplices revocantur, videlicet *Vectem*, *Axem in peritrochio*, *Trochleam*, *Cochleam & Cuneum*, quae omnium reliquarum, ex iisdem diversimode compositarum principium sunt & fundamen-tum. Quibus tanta vis ineft, ut quaelibet earum quodlibet datum pondus, quamvis ingens, possit movere & attollere, qualibet quantumvis exigua pot-entia. Sunt enim, ut Mechanicae scientiae docto-res demonstrant, corporum momenta aequalia, si celeritates sint ipsis corporibus reciproce propor-tionales; unde conseqvitur, quod corpus quodcumque parvum possit habere momentum aequale momen-to corporis magni, quod cum data velocitate move-tur. Ex eo principio pendent vires omnium ma-chinarum, quae ad corpora trahenda vel elevanda fabricantur. Nempe si machinae ita fuerint dispo-sitae, ut potentiae velocitas ad velocitatem ponderis ita sit, ut pondus ad potentiam, eo, inquam, casu po-tentia pondus sustinebit. Invabit id sigillatim in quinque istis simplicibus ostendere, ut de ratione & efficacia earum in antecessum confiter. Prima ergo, sive *Vectis* est quodvis instrumentum, aut corpus ri-gidum, oblongum, & in partes oppositas extensem, in cuius extremitatibus & punto intermedio, mo-tor, mobile & fulcimentum diversimode disponun-tur, ut fiat motus, vel consistentia. Hic, si vis mo-trix, sive potentia, ad pondus eam habet rationem,

D

quam

26 DISSERTATIO DE MECHANISMO

quam distantia lineae directionis ponderis a fulcro habet ad distantiam directionis potentiae a fulcro, pondus sustinebit, & si tantillum aucta fuerit, pondus elevabit. Altera est *Ax̄is in peritrochio*, in quo cylindrus, quem axem vocant, fulcris per extrema continentur, circumpositum habens tympanum, quod peritrochium vocant, in cuius ambitu scytalae infiguntur, quibus applicata vis peritrochium una cum axe vertit, circa quod convoluti funes pondus in altum tollunt. In eo pariter vis motrix, quae ad pondus sustinendum eandem rationem habet, quam perimerer axis, cui applicatur pondus, ponderi aequipollebit, & plusculum aucta illud sursum trahet. *Trochlea*, quae tertia species est, constat ex orbiculis uno vel pluribus apte dispositis, circa axes suos volubilibus, quibus circumiectus funis duotorius pondus attrahit. In hac ex orbicularum positione calculo aestimatur, quanta vis apposito ponderi aequipolleat; nempe vis ea, quae sit ad pondus, sicut unitas ad numerum funicularum, quibus pondus suspenditur, idem pondus sustinere valebit, & proinde si eadem paululum augeatur, idem illud elevabit. *Quarta* ex simplicibus illis machinamentis, *Cochlea*, est Cylindrus in unum aut plures helices, seu spiras solidas & extuberantes instar helicis eidem circumvolutas elaboratus, manubriis forinsecus instructus, aut scytala, cui vis applicatur, ut usus eius tum in pressionibus, tum in ponderibus trahendis, attollendis & removendis, esse queat. Hic proinde si sit ut ambitus, quem vis sine potentia applicata peragrat in una coch-

cochleae conversione, ad intervallum duarum continue proximarum spiralium conversionum, secundum cochleae longitudinem aestimaturn, sic pondus vel resistentia ad potentiam, aeqvipollebunt potentia & resistentia, & potentia tantillum aucta impedimentum movebit. Tandem qvinta, *Cuneus*, est simile instrumentum ex ferro seu duriore materia, forma prismatis, non admodum alti, confeatum, cuius oppositae bases sunt triangula Isoscelia, qvorum altitudinem appellant altitudinem cunei, basin, crassitatem eius, & qvae triangulorum vertices cohiungit, aciem, parallelogramnum vero, qvod basin eorum coniungit, dorsum cunei. Eius potentia, dorso directe applicata, qvae sit ad resistentiam a cuneo superandam, ut cunei crassities ad eiusdem altitudinem, resistentiae aeqvipollebit, & parumper aucta eandem superabit.

XVI.

Sive autem solum vectem consideremus, per quem vulgo omnium aliarum machinarum vires declarare solent, sive reliqvas distincte contemplemur; res tota summatim eo reddit, ut in qualibet machina seorsim spectemus tum propriam partium cuiusvis configurationem, & dispositionem, tum centrum, & denique motorem, sive potentiam moventem, aut vim morricem, ut alias appellare solent. Et figura quidem singularum machinarum ex suppeditatis ante descriptionibus constare potest, & generatim nihil aliud est, quam illae partium machinae idonea ad mouendum habitudo, qva illae ita fabrefactae sunt, ut se

28 DISSERTATIO DE MECHANISMO

invicem impellere possint. *Dispositio* autem ipsa partium ordinata coniunctio est, quae requiritur, si machina effectum edere debet, ne una pars alteri sit impedimento. *Centrum* vero est illud punctum, circa quod omnes machinae partes eandem utrinque potentiam habent, quocunque modo eadem spectetur; uti exempli causa centrum in vete appellatur punctum illud, sive signum, quo vectis innititur fulcimento, sive in altero extremorum, sive in partibus intermediis constituantur; nam circa illud tum motor, tum mobile, si motus fiat, circulorum peripherias describunt. Extremum *motor*, sive vis motrix, est potentia ad motum in machina efficiendum, vel pondus quodvis renitens removendum, eiusque renitentiam superandam. Apparet autem ex ipsis facile, praecipuum, quod hic in censum venit, esse *motum*, de cuius rationibus certae propositiones fundamentales, quae ad omnium machinarum operationes accommodari possunt, in scientia Mechanica traduntur; cuiusmodi sunt: *Ponderum & Velocitatum esse reciprocam proportionem*; *aequalium virtutum, per aequalia spatia moventium aequales esse actiones, sive natus*; *aequalem actionem aut nisum debere producere aequaliter effectum*; *corpora gravia semper versus terrae centrum descendere; in gravium descensu per medium liberum gravitatis centrum nunquam declinare a linea recta ab eodem centro in primo situ ad centrum terrae productam; gravia, quae aequaliter distantes aequiponderant, aequalia esse;*

inaequalia gravia ex aequalibus distantias non aequi-
ponderare, sed quod maius est, praeponderare; Si duo
gravia annexantur in convenienti distantia a fulcimento,
altero amoto & adhibito aequali, nisi ab homine aut alio
agente, reliquum consistere, sed si reliquum amoveatur, &
illius loco aequalis virtus in easdem partes impellens adhi-
beatur, fieri illius cum priore aequilibrium & consilien-
tiam; aliaeque plures, qvas in demonstrationis sua
subsidium vocant, qvas vel ex ARCHIMEDE, vel ex
recentioribus Mechanicis, C A S P. SCHOTTO,
FRANCISCO DE LANIS, PAVLO CASATO,
aut ex FRANCISCI BAYLI institutionibus Physi-
cis haurire licebit.

XVII.

Quemadmodum igitur Mechanicae periti, cum
stupendos machinarum, a se fabrefactarum, effectus
demonstrare volunt, eos ope propositionum & axio-
matum qvorundam fundamentalium de motu, ex
partium in machina varia conformatione ac disposi-
tione consequente, certa evidentiique methodo de-
ducunt; sic prorsus ad eandem rationem accuratio-
res Naturalis Scientiae doctores ex multiplici partium
corporis structura, positu & coniunctione causas ope-
rationum eorundem feliciter aperiunt, nixi pariter
nonnullis axiomatibus aut regulis motus, qvas cor-
pora constanter observare deprehendunt. Neque
id sane frustra; cum omnia ista in corporum ra-
tionibus concurrere manifesto pateat. Sic enim
partes corporis singulae primo habent peculiares
suas *figurationes*, qvod sigillatim in corpore vivo ossa,

musculi, fibrae, & omnia eius membra satis testantur, ut pote per quorum aptam conformatiōnem ad agendum habilia redduntur. Deinde eaēdem quoque suam *dispositionem*, concinnamque confociatiōnem naētiae fuerunt, ita ut nullum corporis membra alterum in operatione impedit, sed omnia sibi invicem adiumento esse possint. Porro habent etiam corpora suum *gravitatis centrum*, circa quod omnes eius partes undique aequalia momenta, sive aequales ad motum, propensiones habent. Quibus tandem supervenit *potentia movens*, & inde resultans partium omnium, aut totius corporis mobilis *motus*, cuius consideratio a mechanismo corporum tanto minus sciungi debet, quod mediante illo se demum prodat natura, ea rerum varietate instructa, ut videri non sine admiratione queat; & quo sublato, periret omnis ornatū & aspectabilis pulchritudo, atque horrendae tenebriae & infinitus torpor res omnes occuparent.

XIX.

Cum vero motus iste non temerario fiat, sed secundum certum ordinem, solliciti fuere docti de consignandis regulis, secundum quas corpora moveantur. Vocantur illae alio nomine *Leges motus*, itemque *Naturales*, ad discrimen *Artificialium*, quoniam etiam homo, verbi causa artifex aliquis, horologio ex scientia mechanica motum imprimere potest; denique etiam *Leges Naturae*, eo quod auctor eiusdem sapientissimus, Deus, singulis creaturis in prima statim rerum origine easdem alte impresserit, ut ad earum praescriptum

scriptum quodlibet moveretur ad finem; ut propter ea celeberrimus SCHELHAMMERVS easdem non ineleganter *instas* appellare maluerit. Et primus quidem, qui ausus est eas definire, fuit ingeniosissimus CARTESIVS, quem ob id HENRICVS MQRVS, eius alioquin acerrimus adversarius, *Mechanicorum philosophorum & praesentium, & futurorum, facile principem* vocat *T. I. oper. philos. p. 138.* Nec tamen is eas ita plenarias dedit, quin illius in hoc studio successores easdem & inter polarint, & insigniter auxerint, pro diversa scilicet motus ratione, quae in diversae naturae corporibus observatur. Cum enim Cartesius leges istas ad Geometriae sublitatem nimis exegerit, & in vacuo, sive medio non resistente, motus corporum fieri supposuerit, factum est, ut eius regulae motus naturae non respondeant; unde postea peritiore ad funipendula recurrentia arbitrati, plures globulos ex ebore vel chalybe rite parari curarunt, quos ita filo appenderunt, ut beneficio arcus circuli, quae lege, quae ratione unus alterum percuteret, & quantum sui motus in ipsa collisione ei impertiret, facile esset dimetiri. Ceterum, quod corpora perfecte dura concernit, eorundem leges primus recte tradidit IOANNES VVALLISIVS, Academiae Oxoniensis in Cathedra Geometriae Savilia na celeberrimus Professor, in *Actis Philosop hicis Anglicanis, Numero XLIII.* ubi etiam primus veram causam reflexionum in aliis corporibus aperuit, & has ab elasticitate proficiisci docuit. Postea non longo temporis intervallo clarissimi viri, CHRISTOPHORVS

32 DISSERTATIO DE MECHANISMO

RVS VVRENIVS, eo tempore in eadem Academia Professor Savilianus, & CHRISTIANVS HVGENIVS leges, quas observant corpora perfecte elastica, socierati Regiae seorsim impertivere, & eandem prorsus constructionem dederunt, quamvis uterque, quid ab altero factum hac de re fuerit, inscius esset. Cum primis autem illustris NEVVTONVS in restituendis genuinis motus legibus & diligentissimus & felicissimus fuit, easdemque Lib. I. & II. praeclarissimi operis, quod *Philosophiae Naturalis principia Mathematica* inscripsit, exhibuit, quem deinde eruditissimus eius civis, IO. KEILLIVS, in *Introduct. ad veram physicam strenue secutus fuit*, & maxime necessarias repetiit, atque uberioris illustravit. Illarum prima est: *Corpus omne perseverat in statu suo quiescendi, vel movendi, uniformiter in directum, nisi quantum a viribus impressis cogitur statum illum mutare.* Secunda: *Mutatio motus semper est proportionalis vi motrici impressae, & fit semper secundum rectam lineam, qua vis illa imprimitur.* Tertia: *Actioni semper contraria & aequalis est reactio; seu corporum duorum actiones in se mutuo aequalis sunt, & in partes contrarias diriguntur: hoc est, per actionem & reactionem aequalis motus mutationes versus contrarias partes imprimuntur.* Quibus deinde aliae, quae ad corpora elastica pertinent, subiiciuntur.

XIX.

Denique quum, monente illustri LEVBNTIO, genuinarum Naturae legum, si quisquam aliis, strenuo vindice & assertore, in *Meditatione de ipsa Natura sive de vi insita actionibusque creaturum, Actor.*
Lips.

Lipſ. Anno XCVIII. mens. ſeptembr. reperiunda, non ſuf-
ficiat in explicando horologio, ſi mechanica ratione
impelli dicas, niſi diſtingvas pondere, an elastro, con-
citetur; hinc etiam neceſſario de *motus principio* in
corporibus ultimo diſpiciendum erit, a quo ceteri pri-
ma origine Mechanismus dependet. At vero in af-
ferendo iſto principio inter ſe valde diſſentientur erudi-
ti, utpote qvorum alii internum qvoddam & imma-
teriale, alii externum & fluidum conſtituuunt, & hac
ratione in materia coeleſti & ſubtili fontem & origi-
nem omnis motus quaerunt. Qvorum rationes
cum ſuo pondere librare non permittant exiguae
hae pagellae, nec noſtrum ſit tantas componere li-
tes, qvae nuperrime inter celeberrimum ST VR-
MIV M, virosqve excellentifimos, SCHELHAM-
MERVM atque LEVBNITIVM ea de re interceſſe-
runt; ſufficiet nobis, ſi ex poſtremi ore monueri-
mus, conſiderationem iſtam ſummopere prodeſſe,
ne mechanicae naturalium rerum explications ad abuſum
trahantur in praeciducium pietatis, tanquam per ſe mate-
ria ſtare poſſet, & mechanismus nulla intelligentia, aut ſub-
ſtantia ſpirituali indigeat. Id qvod iam ante in ſuo Speci-
mme Dynamico, Actorum Erudit. anno XC V. mens. April.
inferto, praecolare monuerat his verbis: Optimum meo
iudicio temperamentum eſt, quo pietati pariter & ſcientiae
satisfit, ut omnia qvidem phaenomena corporea a cauſis ef-
ficientibus mechanicis peti poſſe agnoscamus; ſed ipſas leges
mechanicas in univerſum a ſuperioribus rationibus derivari
intelligamus; atque ita cauſa effidente altiore tantum
in generalibus & remotis conſtituendis utamur. Qvibus

E

per

34 DISSERTATIO DE MECHANISMO

per omnia subscribit acutissimus SCHELHAM-MERVS allegati libri pag. 125. cuius digna sunt verba, quae hic legantur: Post figuras corpusculorum omnino abduc aliud requiritur, quod eas faciat agere, ut agunt, namque coire debent ac moveri certa constanti ratione, quam si ipsis propriam putes, & a priori etiam non tantum posteriori esse aeternas, iam non amplius opus est Deo conditore, ducitque recta via haec ratio ad Atheismum. Qvod si vero, ut par est, & rationi conveniens, easdem leges praescriptas ab alio conditasque proficere, & hunc evitabis scopulum. Qvod propter CARTESII methodum philosophandi Mechanicam observandum, quem ita conclusiones ex Mechanica motus necessitate per universam philosophiam deduxisse reprehendunt MORVS & PARKERVS, ut divina fere consilia remotum iverit.

XX.

Intelligi ex his ab unoquoque facile potest, Mechanismum nonnunquam in *deteriori sensu* sumi, ita ut sententiam eorum hominum designet, qui omnem de naturae opifice notitiam tollunt, mundumque in hanc fabricam se necessitate quadam extruxisse statuunt; & praeterea omnes effectus, tum naturae communis, tum humanae, solis materiae viribus adscribunt, quin & omnem deliberationem & volitionem a causis necessariis oriri dicunt, ita, ut neque Deus, neque homo, neque quicquam aliud deliberare aut rem quampiam velle possint, nisi quatenus causarum exteriorum aggregato, & vi quadam mechanica determinentur; quo pacto omnem rebus liber-

libertatem adimunt, voluntatemque spirituum animalium impulsionem necessario sequi assurunt, si scilicet spiritus animales eo, quo moveant obiecti phantasmatum, impellantur; talem scilicet libertatem creaturis relinquentes, qualis in ventilogio, dum vento eo stante in austrum flectit. Quo modo HOBESIVS in primis philosophatus fuit, nullam rebus libertatem inesse, sed omnia causarum naturalium aggregato, mechanice & necessario fieri, statuens, quoniam se ipsum nibil movere posset. Hoc sensu videtur vocabulum accepisse PARKERVS, quando in praefatione Disputationum suarum de Deo & prividentia de se & argumenti sui ratione scribit: *Ego singulas commoditatums rationes, quae hoc nostro terrarum orbe cernuntur, quoad potui, studiose diligenterque conquisivi, quibus id unum, quod vellem, me consecutum fuisse spero, ut nullo MECHANISMO, neque fortuito, neque fatali, solo autem opificis consilio exstructa fuisse omnia demonstraverim.* At rarius haec acceptio occurrit, & magis usitata illa est, quae in bono capitur significatu. Verum eo modo rursus non unus est Mechanismus, sed multiplex & varius. Primo enim generatim alium *Artificiale*, alium *Naturale* constitui licebit. Primo & proprio, innuente id etymo vocis, denotat *fabricam aliquam, artificis manu confectam*, unde est, quod SCHELHAMMERVS vocem hanc tralatitiam appetet. Postmodum vero ad *res naturales* traductum est vocabulum, & tum demum triplicem involvit significacionem, aliam *figuratum*, aliam *simplicem*, eandemque vel *realem*, vel *verbalem*. *Figurata & Metonymica*

36 DISSERTATIO DE MECHANISMO

mica eius notatio est, quando sumitur pro effectu aut operatione corporum, quae ex varia eius fabrica consequuntur. Simplex autem iterum probe discernenda est. Vel enim Mechanismus indigitat ex mente BOYLEI & aliorum, qui eundem seqvuntur, modificationem corporum essentialis, id est, eorum ex variis partibus configurationem & figuratarum dispositionem, secundum quam corpus aptum natum est agere & pati: Vel denotat modum & rationem naturam corporum ex illa varia configuratione & dispositione interpretandi, causasque effectuum inde demonstrandi; quo pacto nil aliud est, quam illa nobis supra commendata philosophia Mechanica, sive Methodus res naturales ex varia particularum structura, nexu, potentiaque movente explicandi, quatenus scilicet naturae interpres eodem modo in demonstrandis corporum affectionibus, quo Mechanicus in Machinarum suarum effectibus declarandis procedit. Esse enim corpora Machinas, iam tum veteres observarunt, & operationes eorum fieri per instrumenta & rationes mechanicas, recentiores multo luculentius patefecerunt, quorum non satis miranda industria omnis generis corpora in minurissima, quibus constant, vascula dissecta fuisse, ex quo ad oculum cuilibet ostendunt, (licet hic venia illustris Archiatri, DN. BERGERI, Patroni submissae colendi, usurpare elegantissima verba, quibus in Physiolog. Med. I. l.c.I.p.7 totam corporum Mechanicen ad vivum expressit) principium vitale in sola partium, tanquam elateriorum, filamentorum, funicularum, catenularum, trabium, vectium, rotularum, cisternarum, antlia-

antiarum, canarium, cataractarum, valvularum, cribrorum & aliorum instrumentorum, ex quibus machina corporis, veluti organum ex mille compositum organis, contextur, & adornatur, apta & convenienti dispositione positum esse, a qua dispositione partium actiones, quascumque in corpore observamus, & admirari vulgo solemus, per necessitatem quandam naturalem omnes peraguntur, non a litteris atque ab artificio partium horologii, vel automati alias constructione, omnia eius effecta proficiuntur.

XXI.

Quandoquidem vero res naturales vel universim, & in toto suo complexu, vel sigillatim in generibus suis spectari possunt ac debent; hinc etiam merito, pro illa considerationis diversitate, Mechanismus recte in Universalem & Particulararem dispescitur. *Vniuersalitatem*, quem BOYLEVS eleganter *Cosmicum* appellat, est complexio omnium mechanicarum affectuum, molis, figurae, ordinis, situs, texturae, distan-
tiae, motus, &c. ad naturam magni mundi systematis pertinentium; sive corporum mundanorum totaliū, terrae, solis, lunae ceterorumque astrorum, ac coelorum denique coordinatio, dispositio, motus, mutuusque respectus: *Particularis* autem, quem idem ille *Individualum corporum* nominat, est essentialis modificatio, sive complexio omnium Mechanicarum affectionum in particulari corpore collectarum. Quan-
quam hanc postremam definitionem celeberrimus SCHELHAMMERVS improbet, dum eam aequa-
definitum suum obscuram esse putat. Quid enim est, in-
quit, *essentialis?* fortassis *optima pars* partium forma seu con-

38 DISSERTATIO DE MECHANISMO

formatio dici possit, aut figurae corporum modus. Qvod ipsum tamen ea definitione videtur exprimere voluisse BOYLEVS, dum figuram & dispositionem inter illas affectiones recenset, & essentiam cuiuslibet corporis particularis in sibi propria textura partium & motu consistere, affirmat. Ac proinde ad Mechanismum Cosmicum pertinent vortices & motus sydereum, a quibus dierum & noctium, temporumque vicissitudines, frigoris & caloris, nivis, pluviae, & serenitatis, sese mutuo excipientium varietas, & anni adeo tempestates pendent. Etenim, ut SCHELHAMMERVS recte existimat, totus mundus automaton aliquod magnum & immensurabile, suis partibus mechanicis constans, complexus multarum rerum, laxe admodum hærentium, mutuoque concurrentium; ita ut legibus adstricta suis singula agant. Mechanismus Particularis vero omnia omnino corpora sigillatim includit, quae aliam atque aliam sibi peculiarem, cum substantiae ipsius & particularum, ex quibus conflata sunt, tum figurae aut modi, in singulis partibus observandi, rationem acceperunt, quorumque natura ex cuiuslibet materiae modo ac fabrica tota pendet: qualis enim est materia eiusque temperies ac formatio, talis est aptitudo ad agendum, ex qua re nascuntur regulæ effectus singulorum manifestantes. Cum enim alia natura sit corporum coelestium, alia meteororum aquaeorum, aëreorum, terrestrium, tum animalium, vegetabilium, metallorum; consequitur etiam, quod mechanismus eorum semper aliis atque aliis sit. Imo & partibus animalium, plantarum, quin & parti-



particulis singulis suis est mechanismus; in qualibet enim harum aptitudo quaedam est ad aliquid agendum. Ut adeo, qui integrum aliquius corporis mechanismum perveftigare, & rite tenere velit, is non modo de omnium partium & membrorum, sed & glandularum, nervorum, fibrarum mole, textura, ordine & motu disqvirere oporteat.

XXII.

Iam si per singula rerum naturalium genera ire, earumque Mechanismum perveftigare velimus, omnem nos naturam exhaustire necesse effet. Qvod cum nemini mortalium sit datum, neque in animo habeamus, omnium corporum rationem Mechanicam explicare; sufficiet in praesens illuftria quae-dam exempla depromere, in quibus ea p[re]ce-
ris appareat. Quanquam igitur non incommoda hic se offerat occasio, qua de affectionibus cor-p[or]um differere, & qua ratione ex solo mechanismo eorum refultent, ostendere possumus; tamen, cum il-lud copiose tum BOYLEVS in *Experimentis & Observationibus circa variarum particularium Qualitatum originem seu productionem Mechanicam*, tum IO. BA-
PTISTA DV HAMEL in *Tractatu de Corporum Affectionibus edifferuerint*, brevitas causa tantum citca operationes corporum subsystemus. Cum ve-ro illae in vegetabilibus aequae ac animalibus depre-hendantur, ac aliae earum utrisque communes sint, ut generatio, nutritio, augmentatio, aliae his postremis propriae, ut motiones viscerum, circulatio san-gvinis, & motus localis; non alienum esse existi-mamus,

mamus, de singulis pauca quaedam exponere. Ac vegetabilium generationem, nutritionem, augmentationem, & ipsam denique fabricam ad leges Mechanicas exacte congruere, iam tum demonstrarunt *Malpighius*, *Borellus*, *Bartolus* aliisque, qui data opera plantarum anatomie instituerunt, ex quorum curiosissimis observationibus intelligere est, arbores, perinde ac plantas quoad primam suam originem non tantum virtute sive potentia, sed potius mole minima, in suis seminibus delitescere, quae intus & extus ovulorum naturam exprimant, & intra membranulas & folliculos suos non modo aptam germinationi materiam, sed spirituosum quid, quod ea actu germinare faciat, abscondant. Haec semina deinde, foetus futuri stamina & linea-
menta iam complectentia, postquam terrae gremio commissa sint, non egere alia virtute plastica, quam blandi caloris motu, qui excitata particularum levitermentatione poros ad excipiendum humorem nutritium aperiat, quo facto, aqueus liquor fibras, premente insuper aere, subeat, hasque sensim evolvat & explicet, donec totum plantae corpusculum, quod sensus antea effugerat, in conspectum prodeat. Id quod *DIGBAEVS* in peculiari *dissertatione de Plantarum vegetatione*, cuius summam *BECHERVS Phys. subterr. p. 229.* exhibuit, exemplo fabae prolixe illustravit. Iam nutritio quoque & augmentatio eodem modo perficitur. Quando enim humor tenellas adhuc membranarum fibrarumque texturas paulatim extendit, ut planta in maiorem molem in dies

dies exsurgat, donec partium durities & tenacitas ulteriore extensionem recusat, tunc augmentari dicitur planta; & nutriti, quando succum suum nutritium per partium poros, velut per totidem tubulos, ab aqua humiditate petit, quae ab aeris in primis ambientis pondere, solisque actione, succos terrae fermentante, & ad superiora, instar liqvoris thermometri applicata inferius manu calida, promovente, impulsâ, per structuram vasorum cuiuslibet plantae mechanicam in nutrimentum ipsi accommodatum transformatur & assimilatur. Namque plantas suis corculis, indeque ramosa distributione corpus universum perreptantibus canalibus succiferis, suis tracheis, aërem advehentibus, suis utriculis, & quasi ventriculis, nutritium succum excoquenteribus instructas esse, sola inspectio *Anatomie plantarum*, qua supra citatus MALPIGHIVS scientiam Naturalem locupletavit, unumq[ue]mque edocere potest. Vnde non male STVRMIVS *Philos. Ele&g. Tom. I.* p. 400. totam perfectioris alicuius plantae structuram cum automatis hydraulici, aut potius hydraulico-pneumatici cuiusdam fabrica confert. Ut enim in operibus Hydraulicis aqua, & aer in Pneumaticis, per canales qvodam effusus, organicis paribus impetum, ad instar animae conciliat, variisque motus producit: sicutiam in plantis vis illa vegetativa non solum ex assumptis alimentis intra corpus organicum instauratur, sed & forinsecus cum inspirato aere inbibitur. Nam quae mechanice aëris, per gravitatem & vim elasticam, fluidorum cursum in animalibus per

F

pulmo-

42 DISSERTATIO DE MECHANISMO

pulmones instituit, eadem quoque ratione tracheas plantarum respiratorias, a Borelo primum detectas, ingressus, fluidorum circulum in iisdem perficit.

XXIII.

In corpore animali longe plura & insigniora Mechanismi vestigia apparent. Nam & admiranda eius fabrica, organorum varietas, usus, distinctio & summa concinnitas eundem satis produnt; & tota adeo moles, ex solidis fluidisque partibus constans, vivam quandam artificiosissimamque machinam hydraulico-pneumaticam refert, a cuius structura mechanica omnes alii effectus producuntur. Qvod saepe a nobis commendatus SCHELHAMMERVS p. 193. lubens agnoscit, dum ait: *Addendum, unde illa pendeat actionum sive operationum integratas, sive quales sint machinae, quae instrumenta, quibus ex praescripta lege cuncta administrantur.* Quemadmodum vero viderimus in horologio primum movens, sive pondus illud sit appensum exterius, sive elasticavi praedita lamella intus alii cubi abscondita, integrum esse oportere: deinde & rotas singulas, orbem & tympana, non modo summo artificio elaborata, verum & apte suspensa & invicem copulata esse, denique & pinguedine quadrangulari, ut moliter delabantur & librentur expedite; sic in humano corpore tria itidem sunt, quorum integritas naturae ordinem conservat, subtilissimum putat fluidum nerveum, qvod est veluti Spiritus intus agens, animae proximum instrumentum, movens primum in horologio referens; partes, quae motu locali ac sensibus, itemque viscera, quorum admirabilis structura humeribus paranda & constituendis dicata sunt: & de-

& denique ipsi humores, qvibus omnes perfunduntur, & calorem & lubricitatem recipiunt, apprime ad earum motum expeditissimum praestandum facientes. Neque universum modo animalium corpus magna quae-dam machina est, sed etiam singulae eius partes peculiares, & distinctas a se invicem, machinas absolvunt. Ita oculus, ut id solerissimus STVRMVS in *Exercitatione de Visus Organo* ostendit, perfectam Cameram obscuram; auris concham, tympanum, labyrinthum &c. cor antliam, seu siphonem, vivificum sanguinis fluidum per tubulos arteriosos ad solidas quasvis partes iugiter propellentem; aut rotulam quandam machinae animalis primariam refert, quae reliquas quodammodo tueatur aut regat. Imo, si singulorum istorum organorum fabricam interiorem, verbi causa ventriculi, intestinorum, arteriarum, venarum, vesicae, omnium denique membrorum organicorum miraculosam structuram, exequendo muneri singulorum exactissime ubique respondentem, tantillum intento oculo evolyamus; in hoc unum facile consentiemus, esse mille machinas, ex qvibus corpus vivens animale conflatur, & earum tam artificiosum apparatus, efformationem, decentemque connexionem, ut media in luce is coecutire putandus sit, qvi hic mechanismum, oculis & sensibus obvium, non agnoscere velit.

XXIV.

Si cui vero ista nondum faciant satis, is tantum organorum animantium operationes perpendat, in

44 DISSERTATIO DE MECHANISMO

qibus illustrandis quousque profectum sit recentiorum studium, tot praeclara specimina abunde testantur. Postquam enim praecognitas quasdam Scholasticorum opiniones, quae totum generacionis, augmentationis, nutritionis, ceterarumque functionum animalium oeconomiam tenebris involverant, exuere feliciter datum, stupendum istud viventis animalisque corporis artificium secundum obvias operationes ita explicatum habemus, ut v.g. generationis, chylificationis, sanguificationis, sanguinis circulationis, item nutritionis, augescientiae, mortuum animalium & similium modos faciles exponere verbis queamus. Nam quod ad Generationem attinet, eam Mechanica ratione fieri, eleganter docuit citatus supra BORELLVS, exquitissimi Operis de Motu Animalium part. II. Cap. 4. ubi ovulum foecundatum avomati cuidam comparat, & rationem insuper reddit, cur avium & reptilium exclusa ova externo adhuc impulsu, sive leni caloris motu, indigent, quam itidem ex horologio, e rotis dentatis composito cum pendulo oscillatorio, inqvirit. In hoc namque, licet adsit vis motiva ponderis appensi actu prementis, tamen, nisi primae oscillationes ab externo impellente inferantur, avoma quiescit & torpet; cuius effectus ratio mechanica pendet ex vectis penduli natura, qui a situ perpendiculari ad horizontem removetur, quousque fiat aequilibrium potentiarum, & ibidem fixe retinetur; quoniam semper pendulus appensum eandem vim exercet: at quando pendulum a manu altius suspenditur elevaturque, quam exigit

exigit illud aeqvilibrium, tunc sponte cadendo exercere valet suam vim oscillatoriam, qvae cum semper vivificetur renoveturqve ab impulsibus rotae horizontalis, fit, ut oscillationes continuentur, una cum motu omnium rotarum avtomatis. Pari ratione in avtomatica animali adsunt pendula oscillatoria; innumerae enim particulae aereae inclusae sunt in sanguine, & in fluido animalis, qvae sunt velut machinae oscillatoriae, potissimae & principales causae motus animalium vitalis, qvatenus vario modo compressae & resilientes, continuam oscillationem in animali exercent, concutiendo & agitando fluores, eodem modo ac rotae horologii, ab oscillatione penduli vitalem machinae artificialis motum conservant. Et qvia in utraqve organica machina, animali & horologii, idem motus, qvi vitam conservat, eandem vitam inchoat, ergo qvando primus motus oscillationis in ovo incipit, tunc motus vitalis initium sumit: ex qvo coniicitur, qvod blanda calefactio gallinae primos impulsus inferat machinulis oscillatoriis avtomatis ovi, a qvibus agitantur motu continuo omnes eius organicae partes, iuxta avtomatis animalis exigentiam. Scilicet particulae aliae cursum dirigunt ad conformanda vasorum rudimenta nutritioni, aliae praeparationi, aliae expulsioni excrementorum destinatorum; aliae particulae membranas oviqve integumenta distendunt; aliae perficiunt focum, & vitae necessarium perpetuumqve motum in corde sollicitant, eique affluxum transmittunt; aliae alia officia praestant iuxta leges

F 3

motus

46 DISSERTATIO DE MECHANISMO

motus a Divino Archite^cto praescriptas. Atque uti in ovo eiusmodi excluso omnia mechanico modo fiunt: sic pariter in muliebri cuiuscunq; animalis ovulo foecundato talis Mechanice observatur, quando puncto salienti sive corculo tanquam domicilio suo inclusa particula vitalis quaedam deprehenditur, quae se prodit, ibique velut in centro posita producit in longius, amplificat ac format corpusculum animale. Proderit ad negotium hoc melius intelligendum adscribere verba perspicacissimi Schelhameri, qibus allegati Libri pag. 199. abstrusam eius Mechanicen declarat: *Innotuit diligentissimi Malpigii opera, omnium partium aliquid ac velut primordia in ovo deprehendi, quod extendi in longitudinem ac latitudinem calore ac motu solo sine miraculo potest. Colligitur nempe in ovo ex maritalis seminis aspergine ac viroso contagio in centro eius, puncto saliente, scintilla quaedam ignis animalis, subito purpurei laticis moleculas circase, ipsa similitudine particularum colligens ac rotans, pulsis reliquis & confluentibus pinguis, cum micis salinis digestis, in rubedinem brevi abeuntibus, quae in tenuissima pellicula, ex fibrarum carnearum filamentulis contexta continentur: mox augescitibus bisce, igneque alacrius micante, pelluntur in reliquarum partium rudimenta, ipsius caloris expansiva virtute & augmento confluentium similium inter se particularum, aucto etiam ignicuo primum, deinde ab eius calore sensim etiam affluente per poros annii nova ex utero continenter materia.*

XXV.

*Augmentatio atque nutritio, quae alias nonnisi
conti-*

continuata generatio, qvin ad leges Mechanicas procedant, nullum est dubium. Primo enim instrumenta earum & fabrica Mechanica prorsus ratione se habent. Os, qvo alimentum suscipimus, adversa dentium phalange est instructum; hi autem maxillis duabus firmiter sunt inserti, qvarum superior immobilis, inferior motu praedita est, ut accedendo & recedendo molendi munere fungatur. Dicitur alias illa machina forceps, qvae in mandibulis animalium non obscure exprimitur, differt tamen a vulgari forcipe; nam licet utraqve ad vectem reducatur, non minori tamen vi magna resistentia superratur, ut in vulgari forcipe, sed e contrario maiorem vim motivam reqvirit. Sunt enim mandibulae rotundae figurae, semiellipses aliquo pacto represe-
lantes, qvarum inferior revolvitur circa duo capitula cylindrica, qvae in sinibus ossis temporum fi-
guntur, alligantur & revolvantur, possuntqve plane usurpari duea eiusdem medietates, ut duo vectes, sed exterius coniuncti in mento. Huius ergo instrumen-
ti fabrica ita comparata est, ut cibi, et si satis duri,
dentibus molaribus, licet obtusis, facile comminu-
antur, corticesqve & putamina duriora frangantur,
qvod nihil tale nobis cogitantibus, res comminuen-
das, sive onus movendum, actuosa lingua vecti ma-
xillae prompte admoveat, idqve eo propius hypo-
mochlio, qvo plus virium desiderari intelligimus. Sic
autem adeo augetur dentium vis, ut, modo longitu-
dinem vectis a dimidia maxilla metiamur, vires to-
ties pondere minores reqvirantur, qvoties distantiā

illa

illa a hypomochlio minor est integro vecte, dimidia maxilla inferiore. Lingua in cibi potusque deglutiendi adminiculum adiuncta, gustusque facultate donata ossi hyoidi ad motus gubernationem valido ligamento est commissa. Oesophagus ex variis tunicis est conflatus, & quaevis tunica ex variis fibris, longitudinalibus & transversalibus obliquis, spirabilibus & rectis; linguaque praeterea & principium oesophagi ex variis musculis itidem fibrosis, varia, pro texturae diversitate, movendi potestate praeditis, quorum iuncto opere cibaria recipit, circumvenit & deorsum pellit. Et quo facilius deglutitio fieret, ad linguae radicem glandulae positae, quae totius fistulae cavitatem leno & blando liqvoire irrigarent. Ventriculus, cavitate sua publicae coctionis culinam & promptuarium parans, orificium inferius non directe superiori suppositum habet, sed alterum sinistro, alterum in dextro latere, & eius elatiori parte, ne, si in fundo cibi incumbentis pondere sese aperire stimularetur, indigestum elabi permitteret, sed, cum nihil, nisi per acclivem ascensum, egrediatur, alimenta nonnisi perfectissima, concoctione elaborata ad intestina transmitteret. Vtrumque orificium porro fibris orbicularibus donatum, quibus se & occludere & referare valeant, ut stomachus utrinque clausus suo munere commodius perfungatur; inferiorius tamen orificium superiori laxius constringitur, ut cibo satis digesto, leviter sollicitatum, eum effluere patiatur. Ipse ventriculus tribus, iisque validis membranis, iuxta alios quatuor, contextus variis fibra-

fibrarum ordinibus, rectis, qvibus sursum ac deorsum contrahitur, transversis, qvibus ad utrumque latus, utrisque autem, ut commodius alimentum excipiat, exceptum concoqvat, concoctum superne aut inferne, ut opus fuerit, egerat, & cibo denique perfunditus se contrahat. Intestina numerosis convolutionibus circumducta, ut prolixo transitu succi nutritii fecernantur, tum utne continua faecum expulsione interpellentur: anfractus autem isti variis ubique plicellis tornati, qvo commodius chylum praeter fluentem remorentr. Fibrae per omnes eorum circumvolutiones exporrectae, tum annulares, tum rectae invicem ad angulos rectos secantes, qvarum contractione, dum aliae in angustius, aliae in decurritius constringuntur, chylus in vasa lactea exprimitur, atqve faeces deorsum urguntur. Denique per omnes intestinorum convolutiones innumerabilia, vasorum lacteorum ostiola circumqvaque dispersa, qvibus, qvicqvid in chymo sit purioris alimenti, abs forbeatur. His autem haustus chylus per vario-anfractus in via attenuatus, tandem ad suum receptaculum, tanquam ad commune promptuarium, defertur, qvod, ut facilior ei cum sangvine commeatut fiat, inter diaphragmatis tendines constituitur, ut eo qualibet inspiratione succus lacteus sursum pellatur, iuvantibus ad hunc ascensum haud parum arteriarum intercostalium pulsationibus. Vnde longo per thoracem ductu ad usqve venam subclaviam delatus, suum tandem sanguineae massae, ut mari flumina, vectigal persolvit. Denique, ne uspiam

G

chylus

50 DISSERTATIO DE MECHANISMO

chylus redire possit, exigua ista vasa valvulis ubique muniuntur. Deinde etiam modus nutritionis plane mechanicus est, sanguinis scilicet pressio, & segregatarum particularum, ex quibus nutritius corporis succus constituitur, incuneatio contactusque mutuus & immediatus omnium superficiecularum cum partibus nutrientis. Namque nutritiae istae particulae, per poros arteriolarum extremarum laterales egressae, liquore suo omnes fibrarum, quae prima corporum stamina sunt, partes adspergunt & rigant, sequentes adiungunt, atque in omnes dimensiones diducunt, unde corporea moles augescit & robustior evadit. Quo de pluribus citata ante Physiologia Medic. Illustr. D.N. BERGERI videri potest Lib. I. C. X.

XXVI.

Respirationis Mechanice a simplici aeris Mechanismo per leges centri gravitatis & aequilibrii liquidorum, tum & fabrica muscularum thoracis Mechanica evidenti ratione deduci potest. Nam si aeris gravitatem consideremus, quae partes eius inferiores ab incumbente superiorum pondere premuntur, vimque adeo in maiora spatia se expandendi acquirunt, certe is suapte natura in loca subit, ubi minorem resistentiam & locum insinuandi se & explicandi inventit. Cum vero talem vel maxime depresso dia phragmatis, costarumque sursextorum motus, indeque proveniens amplior in inspiratione thoracis cavitas praebat, fit, ut contiguis ori nostro aer in spiritalem fistulam ultra ruat, & cum ibi praeter capacitem

citatem, insigne qvoque calorem offendat, mirum
deinceps in modum rarescat, atque in maius spa-
tium virtute sua elastica extensus, vicinas partes pre-
met, dilatet, & qvod ad contactum ipsorum est, pro-
pellat. Qyoniam vero iterum subsidet diaphragma,
costaeque veluti concidunt, atque ita ad priorem sta-
tum redeunt, accedit inde ut aer, qui per pulmones
paulo ante ingressus erat, denuo ex iis per exspiratio-
nem foras ejiciatur. Accedit, qvod, qvia centrum
gravitatis duorum liqvorum aequalis molis, sed dia-
versi ponderis sit in parte, qvae gravior est, necessar-
io eveniat, ut aer externus, qui gravior est interno,
vi mechanica, & nobis non cogitantibus, primus in-
grediatur in pulmones, forisque extrudat internum
minus gravem, minusqve resistentem, siccque mu-
tuae inspirationis & expirationis vices, veluti in ma-
china qvadam, ex necessitate peragantur. Qvae
causa est, qvod citatus ante BORELLVS totam
istam operationem cum folle comparet, qvi aerem
inclusum & commune orificium habet. Nam sicut
tabellae follis coniunctae retinentur a compressione
machinae chalibaeae, & tunc, si manibus diducere fol-
lem velimus, oporeat, ut machinae resistentiam su-
peremus, eam distrahendo, cessante autem manuum
tractione, vis machinae grandi impetu resiliat, ut pri-
mam suam figuram obtineat: ita pariter thorax est
velut follis, qvi undique compressus retinetur a tot
machinis, qvot sunt costae, hae vero in actu in spir-
ationis violenter distrahuntur & dilatantur, una cum
folle thoracis a contractione musculorum interco-

52 DISSERTATIO DE MECHANISMO

stalium; postquam vero cessat eorum tractio, necesariorum machinae omnium costarum, sui iuris rursus factae, exercent naturalem suam indolem resiliendi, & grandi imetu thoracem constringunt. Et sicut in folle, nisi valvula claudatur, illius compressio inutilis vel saltem parum proficia est; quin aer retrocederet, & non exprimeretur per fistulam violento cursu: sic pariter necesse est, ut rimula epiglottidis a suis musculis claudatur, & tunc constrictio spontanea costarum condensat aerem, intra bronchias pulmonum contentum, simulque eum impellit, ut a duplice vi, impulsu scilicet & vi elastica, qva machinulae aeris compressae gaudent, insinuetur per omnes recessus pulmonum. Imo sicut in folle, vi manuum distractum, aer sponte gravitate sua irruit, qui pelles utris, tabellis adhaerentes expandit, & adeo cavitatem eius replet: sic pariter cavitas thoracis prius dilatari debet a musculis, dilatationi servientibus; quo facto circumfusus aer vi ponderis decidit intra cavitatem pectoris, non secus ac intra puteum, ac eam replet. Qyam operationem folle, ad instar pulmonum artificiose confecto egregie illustrari posse, discere est ex laudata supra *Physiol. Med.* Magnifici DN. BERGERI L. l. C. 4. p. 30. ubi haec doctrina sufficientissime exposita fuit. Ut vero simul cognoscamus, thoracis cavitatem, in inspirationis & expirationis actu, ad leges mechanicae, nunc augeri, nunc imminui, sciendum, thoracem ad dilatationem pulmonum hac ratione attolli. Costae cum vertebris & sterno ita committuntur, ut parallelogramnum effi-

efficiant, dum vero eriguntur, quadratam acquirunt figuram, unde amplius, dilatatis pulmonibus, spatium; hauriendo enim aërem pectus & costae eriguntur, atque haec dorso & sternio ad perpendicularium magis insintunt, quod maiorem capacitatem causatur. Vbi vero costae sua sponte & proprio pondere decidunt, tum pectus fit angustius, subsiderique & pulmo. Diaphragma etiam cum inspirato aëre deprimitur, unde pectoris capacitas augetur, quae minuitur, cum diaphragma in exspiratione sursum elevatur. Admirandum hoc, & prorsus divinum, artificium non sine stupore contemplatus est VVILLIS-
SIVS Pharmac. Rat. part. 2. c. I. p. 7. Circa hos motus, inquiens, Divini Conditoris Mechanicen ad regulas Mathematicas plane adaptatam satis admirari non possumus; si quidem nulla alia in re o' Deo's yea que t'cū videatur. Quippe cum pectoris tum ampliatio tum coarctatio a quibusdam musculis, (quorum minus unicum est contrabere) perfici debeat; res ita instituitur, ut costae, quae thoracis, velut parallelogrammi oblongi versus cylindrum incurvati, latera efformant, in figuram modo quadratam, cum angulis rectis, pro pectoris ampliatione, modo in Rhomboidem, cum angulis acutis, pro eiusdem contractione, ducentur. Quod vero a partium sive ita mutato sequitur, ut, cum latera ab invicem longius abscedunt, fines propius adducantur, & econtra; proindeque spati capacitas alterari potius, quam augeri aut diminui soleat, ne ita circa thoracis cavitatem accidat, per diaphragmatis motum miro artificio sic cautum est, ut, dum costae superius pro pectori ampliando versus quadratam figuram ascendunt, ne fines in-

54 DISSERTATIO DE MECHANISMO

terius abbrevientur, diaphragma, quod finem inferiorem claudit, deorsum versus abdomen extumescat, adeo, ut thorax quo ad longitudinem simul ac quo ad profunditatem amplietur: dein vice versa, dum costae inferius ad pectus conarctandum versus Rhomboidem figuram ducuntur, ne fines ex more longius abscedant, diaphragma superius ascensit, proinde ut thoracis capacitas inter expirandum, etiam quo ad utramque dimensionem angustetur. Imo etiam ductus, qui in larynge annulares sunt, in pulmonibus locatati existunt; ita ut, cum opus sit ductus iros contrahiri, cartilago inferior superioris cavitatem subeat, simili seruitu, ac in locuſt e tunicae cruxatae iuncturis habet. Adeo quidem Divino artificio cautum est, ut, cum pulmones dilatantur, bronchia in longitudinem maximam protendantur; cumque illi contrahuntur, partibus aliis intra alias diductis summe abbrevientur. Praeter VVillifum etiam LAVR.BELLINVS in Epist.ad Ferdinandum Magnum Hetruriae Ducem, quae edita anno II. Ephem. Curios. respirationem principiis Geometricis inniti demonstrat.

XXVII.

Ipsæ sanguinis circuitus, qui universam corporis animalis machinam regit, non alia, quam mecanica ratione absolvitur. Id, credo, vel inde quis coniicere possit, quod artificio humano talis effingi possit machina, quae sanguinis motum in homine liquore quodam, per vasā ingeniose fabrefacta circulante, imitetur. Qualem non modo promisit IO. OTTO, Medicus Scaphulanus, in Disput. Inaugur de proprietatum oculorum defectibus ad leges Mechanicas revo- catis, Heidelb. 1671. habita, ubi de ea praedicat, quod non solum

solum similitudine sua, textura & conformatio-
ne cor, sed & cerebrum, & tubum opticum referre, &, si
mens qvaedam cogitans adderetur, ipsi homini ap-
prime convenire debeat: verum etiam opere ipso
exhibuit SALOM. REISELIVS, Consiliarius & Ar-
chiater VVurtembergicus, qui statuam humanam
circulatoriam condidit, eaqve chyli, sanguinis, & seri-
per vasā maiora & viscera circulationem represe-
nunt, cuius descriptio *Ephemer. Curios. an. IX. obs. I.* ha-
betur. At vero multo evidentius id patebit, si recon-
ditam cordis, & reliquorum vasorum structuram, &
ortam inde stupendam & incredibilem vim motus
attentius consideremus. Scilicet tota circulationis
vis atqve natura in debita proportione motus & resi-
stentiae inter cor & sanguinem residet. Itaque cum
cor sanguinem in omnia membra corporis diffun-
dere debeat, sed ob exiguum molem, sua vi, qvae de-
terminata est, tantum impetum sanguini imprime-
re nequeat, qvanto hic indiget; hinc longe solertia-
ri, qvam ceteri omnes musculi, instrumentorum ap-
paratu est aedificatum. Omnia eius ostia in basi ten-
dine satis valido cinguntur, in qvem fibrae, aliae ab
exteriori eius ambitu, aliae ab interiori, flexu potissi-
mum spirali & sibi opposito, seque ssummo artificio
decussante, deferuntur; qvae, ut eo fortius cordis
parietes constringant, in ipso eiusdem cono in unum
eundemqve nodum contorquentur. Earum con-
tinua contractione fit ea cordis constrictio five systole,
qvae sanguinem in omnem corporis ambirum
impellit; eaqve soluta fit ea relaxatio seu diastole,

qva

56 DISSERTATIO DE MECHANISMO

qua sanguinis irruentis influxu rursum contrahuntur fibrae, ut nova systole perficiatur, eaque facta, novae apertioni relaxantur, atque adeo continua contractionis & relaxationis vicissitudine mirabilis ista sanguinis circulatio per omne vitae spatium conservatur, ut id egregie exposuit Magnif. DN. VATERVS, Respond. Vener. Parens in *Diss. de Vitae humanae prorogatione* §3. & in *Physiol. Experim. Sect. VII. Artic. II. cap. 4.* Imo cor adhuc ex artificiosissimis aliis machinis constat, auriculis duabus, totidemque ventriculis, septo valido divisis, vasis qua tuor magnis, in utroque ventriculo duobus, & denique duodecim valvulis, ad valorum ostia summa varietate positis. Ipsae autem auriculae eadem forma, eodemque Geometriae artificio, quo cor ipsum, fabricantur, cum pariter ad sanguinis ingressum & egressum dilarentur & contrahantur. Tota pariter machine capsula quadam cingitur, ea observata distantia, quam pulsus ratio postulare videtur. Cumque sanguis ex sinistro ventriculo in omnes partes corporis vibretur, idcirco quoque fibris longe pluribus & robustioribus constipatur, quam dexter, qui solum in pulmones eundem impellit. Porro cordis machine in corporis humani superiori parte situm obtinet, quo commodius liquorem sanguineum sursum in caput impellat; ite enim, cum naturali pondere deorsum feratur, difficilis in altum attollitur, unde vis ponderis distantiae ratione compensatur, cum brevior sit sursum quam deorsum impulsio. Quo autem vis vitalis eidem deferatur, duabus arte-

riis



riis coronariis a basi ad conum per multos ramulos exorrectis donatur, deinde totidem venis, qvae sanguinem a nutritione residuum, inde in cavam effundant; postremo singulari nervorum copia, qvi spiritus suppedinent; cum enim musculus sit omnium robustissimus, atque perpetua agitatione occupetur, eximia spirituum ubertate opus habere necesse est, adeo, ut, impedita per ligaturam eorum via, animal horrendis symptomatis & subita morte corripatur. Atque haec omnia utut intimo artificio extrahuntur, nihil mirabilius tamen videtur, qvam ipsa valvularum fabricatio. Hae enim in utroque ventriculo, ubi sanguis cor ingreditur, ita efformatae sunt, ut intus respiciant, tum ut sanguinis regressum, tum ut ulteriore illius influxum inhibeant, ne cor nimis copioso affluxu obruatur, & propterea non prius aperiuntur, qvam sanguis antea cordi illapsus exprimitur, ut eodem momento, qvo illae cordis contractione occluduntur, contrariae, qvae foras spectant, sese sanguinis egressui aperiant, qvae mox eiusdem expansione clausae, emissi refluxum impediunt; quibus clausis, mox alterae intus hiantes alternatim panduntur, ut proxima sanguinis unda cordi infundatur; qva mirabili alternatione omnia cordis officia custodiuntur, sanguinisqve circulatio rite peragitur. Vtque melius suis ostiis custodiendis muniantur, interior ventriculorum ambitus variis hinc inde columnis, a septi inferiori parte assurgentibus, intertextur, qvae in valulas superiores, qvae minoribore opus habent, terminantur, ut eas aut ex-

H

tentas

58 DISSERTATIO DE MECHANISMO

tensas sustineant, aut delabi patiantur, qvo fit, ut in omni systole, cono cordis versus basin adducto, inflatae ipsum ventriculi orificium accurate obturatum servent, atque in omni diastole ostium sanguini impulso laxatae aperiant. Et denique, qvo commodior pateat sanguinis impulsu capacitas, in cordis lateribus cavernulae quamplurimae subter istas columnas mira arte elaborantur, quae, corde contracto, adipcas usque columnas attolluntur; qvo fit, ut, sicut qualibet diastole ipsae sanguine implentur, ita quilibet systoles vice eum omnem fortius ex se excutiant. Non minori artificio canalium ductus ad sanguinem devehendum, quam cordis ipsius fabrica adeundem impellendum, efformantur. In specie vero ascendentium pariter & descendenter aortae & venae cavae tubulorum ea est respectu cordis coordinatio, ut tam ascendens arteria cum ascendente cavae trunco, (quem demissorem paulo istius ostii natura provida constituit, uti quidem id postulare videbatur siphonis ratio,) quam descendens aortae caudex cum respondentे sibi reflexo cavae tubulo, cuius ostium rursus tantisper demissus est illius orificio, siphoneum reflexum utrinque accuratissime aemulentur. Ast librum, non dissertationem scriberemus, si omnia pro dignitate exequi velimus, quae circa exquisitissimam hanc omnium machinarum hydraulicarum, aut potius haemagogicum Naturalis Mechanicae opus artificiosissimum, ut STVRMIVS appellat, ex interiori Geometria observari merebantur; unde hic ad STENONEM, LOVVERVM, MAYOVIVM, BORELLVM, PECHLINVM,

LINVM, BELLINVVM, VIEVSSONIVM dgitum intendimus, qvi sua qvisqve diligentia id ipsum explicare studuerunt; id unum, qvod restare videtur, addentes, non alio modo, qvam sapientissima illa, qva cor gaudet, fabrica, & fortissimae fibrarum constrictions ope potuisse istum, nunquam satis mirandum, effectum produci, qvi in summa cursus celeritate, & in superanda enormi resistentia, qvae cordis motui obiicitur, comparet. Celeritatem istam concitissimam esse, iam tum conclusit Harvaeus, at ipsam velocitatis mensuram inveniri solum optavit. Qvam tandem invenit & accurate computavit RICHARD. LOVVERVS, in *Tract. de Corde & Motu ac colore sanguinis*; scilicet, qualibet hora totam illius molem cordis ventriculos trigesies pertransire. Resistentiam autem qvod attinet, qvam cor superare debet, ea duplex est, ut differit BORELLVS *part. II. cap. 5. de Motu animalium*. Prima, ut arteriae repleantur sanguine usque ad turgentiam, qvae non est minor pondere 18000. librarum; secunda, ut ab arteriis exeat idem sanguis a corde propulsus, qvae vis sane debet esse ingens, qvandoqvidem superandae sunt infinitae resistentiae muscularum, viscerum, glandularum, & partium omnium, per qvas traiicitur sanguis, & superandae profecto vi sola & impulsu fibrarum emboli cordis, qvae fibrae ad hanc actionem sunt veluti totidem infiniti vectes multiplicati, qvi insensibili suo motu systaltico perpetuo fluidum premunt. Iam si in unica solum pulsatione, teste citato BORELLO, cor superat tam vastam resistentiam maiorem liberarum 135000, cum in una hora mil-

60 DISSERTATIO DE MECHANISMO

lies & amplius cor pulset, ergo in una hora potentia cordis superat resistentiam 135000000, & spatio unius diei resistentiam maiorem liberarum 134000000. Qvae stupenda vis tam exigui corporis membra miraculi loco habenda erat, nisi causam huius effectus Mechanicam, ex ante dictis venari possemus.

XXIX.

Etsi autem functiones organicae animalium mechanica ratione peragantur, negare tamen non possumus, recensitas a nobis plurimam partem, cum intra corporis machinam abdite fiant, ratione magis, quam sensibus percipi. Longe manifestius autem illae operationes deprehenduntur, & ipsis oculis se ingerunt, qvae externam sui speciem offerunt, quales sunt motus artuum, & hinc resultantes variae corporis agitationes; quas legibus Mechanicis subiectas esse, nemo, nisi Geometriae penitus ignarus, inficiari potest. Nam cum nulla motio localis membrorum in corpore animali citra aliquam flexionem fieri possit; hinc tantus instrumentorum in corpore animali, qvae fleant & extendant, apparatus, tot ossium articulationes, in quibus actiones geometricce perficiuntur. In omni flexione est punctum, circa quod, ut centrum, pars, qvae flectitur, transit a recto situ ad curvum. Simili ratione in animalium infexionibus punctum quoddam datur, circa quod tanquam suum centrum articuli ossium volvuntur. Hoc quidem centrum revolutionis ratione tantum assignari & reperiri debet, eo quod extremitates ossium non instar coni, vel pyramidis, acuminatae sint neque in cavitate aliorum ossium immobilium alli-

gen-



gentur; sed ad impedientiam fragilitatem, & luxationem, a natura provida rotundae sint efformatae, qvarum una convexa, altera vero sinuosa & concava facta, ut adeo contactus non in puncto, sed in superficie ampla fieret, sive contusio & fractio vitetur. Interim tamen motus partium, qui circa illud centrum sunt, vel circulares sunt, vel ex circularibus compositi. Nam dum motus cuiuslibet ossis, articulum constituentis, sit circa terminum alterius ossis, cum quo articulationem constituit, efficitur terminus ille fulcimentum, super quo aliud os moverit: & si terminus illius ossis sit omnino quiescens, tunc motus alterius colligati ossis, in eodem plano circumducti, est ferme circularis; si vero fulcimentum illud non sit fixum, subsequitur motus articulati ossis revoluti, non circularis, sed rectus, aut diversimode curvus. Vnde patet, quod motus articulorum aliquando sphaericus sint, aliquando in uno plano alicuius circuli multoties in superficie conica existant. Quotiescumque enim motus unius ossis undequaque fieri potest circa unicum punctum fixum, tunc quidem motus sphaericus est ad dextram, sinistram, sursum & deorsum, ante & retro; quoties vero motus fieri debet circa duos polos, vel circa axem, necessario motus & circumductio aut in superficie plana circulari, aut in superficie Conica efficitur. Priori modo moverit humerus, cuius extremitas scapulae alligata sphaerica est & globosa, in qua ipsius tuberculi ob sphaericam figuram quaqueversum flecti, & humerus circumduci potest. Sed in motu cubiti circa humerum, & in motu tibiae circa

H 3

genu

62 DISSERTATIO DE MECHANISMO

genu diversa ratione se habet, qvia ibi medium revolutionis non est punctum, sed axis extensus inter duos polos cylindri, qvandoqvidem infima humeri & femoris extremitas, non sphaerica est, sed cylindrica, aliquibus striis excavata, qvae sunt veluti totidem trochleae, qvae ad firmitatem faciunt, ne in motionibus luxationes contingant. Ipsae deinde lineae qvae ab extremitibus articulorum describuntur, qvando fulcimenta non sunt fixa, sed varie agitantur, variae sunt & Geometricae, nunc rectae, nunc curvae, conicae aut irregulares. Ita corporis trun-
cus terrae semper ad perpendicularm insit, qvod, cum stamus, intra plantas duorum pedum cadit. Qui autem sedet, is non potest surgere, qvin angulos faciat acutos, & trunci cum femore, & femoris cum tibia, qvo inter surgendum tantum ponderis antropus reiciatur, quantum necesse est, ut fiat aequilibrium; & perpendicularm, seu axis ponderis, aut qvocunque alio nomine vocetur linea, qvae corporis pondus ex aeqvo distribuit, in pedes ipsos reiciatur. Inter incedendum qvoque eademi angularum mutatio, ex acuto nempe in rectum, ex recto in obtusum. Nam, ut a GASSENDO fusius explicatur, gressus ita fit alternis pedibus, ut uno stante, alter transferatur, ac neuter totus qviesscat. Vterque ab extremo calcaneo ad extremos digitos successively movetur, cumqve posterior terram lumenis digitis attingit, & acutum cum eo angulum, ut femor obtusum cum trunco corporis efficit, tunc pes anterior citima calce terram ferit. Interim posterior effertur, acutus angulus inferne minitur, obtusus superbie paulatim in rec-

in rectum abit, dum trucus antrorum ita propelli-
tur, ut erectus mediae calci insistat ad perpendicu-
lum, & supra anterioris pedis calcem revolvatur. Hoc
modo quaedam efficitur compulso, dum pesteram
non modo deorsum, sed magis retrorsum urget.
Qvicqvid enim antrorum aut gradiendo, aut natan-
do, aut volando promovetur, id corpus, cui innititur,
retrorsum premit, atque ab eo, velut repulso quo-
dam antrorum reiicitur. Vnde inter currendum,
fallente vestigio, facile cadimus, qvod tanta celerita-
te fiat illa terrae compulso, ut si vel leve impedimen-
tum offendamus, pes anterior non possit tam cito
terram attingere, quam requiritur, ut pondus cor-
poris excipiat. Ex istis sane abunde de ratione Me-
chanica motionum externarum constare potest, &
multo magis constaret, si sigillatum gressum, inces-
sum, saltum, volatum, natatum & reptatum accura-
tius exponere velimus. Sed cum ista omnia a saepius
commendato BORELLO in aureo libro *de Motu a-*
nimalium prolix demonstrata sint, pauca tantum de
musculo, qui praincipuum spontanei motus instru-
mentum est, adiungemus.

XXIX.

Nimirum cum machina corporis animalis
constet ex pluribus columnis ossibus, quae ad invicem
connectuntur articulationibus rotundis, laevigatis
& lubricis; hinc fit, ut una ossea columna super aliam
superponi, erigi & retineri in perpendiculari situ ad
horizontem non possit, absqve fulcris & colligationi-
bus funium tendinosorum, eo qvod ob rotundita-
tem basium columnarum ossearum innixiones fiant
in pun-

in punctis, non vero in superficiebus planis, & eo modo, qvo partes columnae, ex pluribus saxis explanatis compositae, stabili contactu basium planarum erectae persistunt. Itaque, ut dirigi expedite, & gubernari bene motio earum possit, id efficit musculus, cuius proinde consideratio tanti semper fuit aestimata, ut excellentissimi quique Geometrae & Physiologi eam ingenio suo dignam fecerint; qvandoqvi dem ardua & difficilis semper habita fuerit motus muscularum explicatio. Omnis autem vis muscularia Mechanica eius dispositione proficiscitur, qvam NICOL. STENO, sector muscularum curiosissimus, qvod varia eius de muscularis lectu dignissima Scripta, & in primis eius Elementorum Myologiae specimen, seu Musculi descriptio Geometrica, Amst. 1669. edit. ostendunt; & postea LOVVERVS atque BORELLVS geometrico explanarunt. Qvorum descriptiones cum variae & prolixae nimis sint, placet hic verbis Magnif. DN. VATERI ex eius Physiol. S. VII. C. XXI. Th. 15. desumptis, eorundem delineationem & varietaetem edifferere: *Musculos dissimilares partes esse, antiquis iam innotuit, sed fabrica illorum plus quam Mechanica proximis demum annis accuratius perspecta, ut pote in quibus primum fibrae carneae & densae, inter se parallelae & aequales, iuxta longitudinem cuiuscunque musculi, ab uno tendine in alium oblique tendentes, reperiuntur; qvarum aliae alii superimpositae, & per filamenta membranacea connexae, musculi crassitatem, seu profunditatem, eademque iuxta se posse, latitudinem eius constituant.* Qvibus adhuc accidunt fibrae membranaceae itidem parallelae, quae fibras pri-

priores carneas & motrices transversim, sed obliquis angulis intersecant, fulciunt, connectunt, atque sic fasciculos fibrarum firmissimos, motibusque aptissimos efficiunt: Et Thes. 5. Exinde etiam sicut differentia muscularum ratione figurae & formae extrinseciae, quam alii acceperunt rotundam, vel latam, circularem, rectam vel obliquam, prismaticam, Rhomboidalem, penniformem &c. Imo ratione quantitatis distingui possunt in crassos, vasos, tenues, longos, breves, latos, graciles; ratione situs & connectionis in internos, externos, intercostales, sternothyroides, stylopharyngeos, &c. ratione actionis, inflexores, extensores, levatores, depressores, rotatores, &c. tandemque ratione compositionis in simplices, in quibus tantum unicus venter & tendo, vel compositos, in quibus duplex, vel multiplex venter & tendo observatur. Quam diversitatem, & qua ratione muscularum nunc bini, nunc terni, & sic porro, copulentur, ut iunctis viribus agant, iis nimirum in partibus corporis, ubi magna vi motrice opus sit, ex supra citatis auctoribus, & elegantissimis figuris, quas tum BORELLVS, tum IO. BROVVNE in *Myographia* habet, cognoscere licet. Noshic de Motu eorum, & immensa potentia, ex Mechanica structura proveniente, breviter dispiciemus. Ast de ea non una, sed varia est celeberrimorum Virorum opinio. Primum quidem, quod ad potentiae huius mensuram & quantitatem attinet, vulgo existimant, quod musculi debili vi motrice ingentia pondera sublevare valeant, quae sententia ob verisimilitudinem plurimis diu probata fuit: sed ingeniosissimus BORELLVS per integrum partem

primam

66 DISSERTATIO DE MECHANISMO

primam Libri sui de *Animal. motu*, ex interiori Mechanice demonstravit; tanta industria machinas organorum animalium a natura esse elaboratas, ut non parva virtute magna pondera, sed, qvod paradoxon esse videtur, immenso propemodum robore parva pondera moveat, ita ut multoties virtus motiva centies & millies supereret pondus ossium & articulorum sublevatorum, & nunquam illis minor existat. Quantum vero ad modum, validissimum istud robur exerendi, in eo quidem omnes, qui de illustri hoc argumento commentati sunt, BORELLVS, COLE, HARVAEV, LOVVERVS, CROONE, BELLINVS, BAGLIVIVS, convenient, fibrarum partem carnosam idoneam esse ad contrahendum & constringendum, & rursus dilatandum, unde & motricis nomen illis haesit, atque adeo conflatum ex fibris eiusmodi motricibus musculum assidue contrahi, & nisum ad contractionem habere, qua membrum corporis, cui annexus est tendo, trahat, adducat & moveat. Sed quamnam potentiae rationem in agendo musculus habeat, qua tam excedenti vi motiva resistentias & pondera appensa tollat & moveat, in eo non nihil inter se dissentunt. G A SSENDVS, dum secundum vulgarem sententiam existimat, ope machinae facultatem animalem magna pondera pusillis viribus movere, simil ambigit, in animali vectes, trochleas & tympana reperiri posse, cum conspiciantur tantummodo musculi, qui potius funibus trochlearum assimilentur; fingit tamen in musculo instrumentum mechanicum compositum ex trochleis & funibus, & vicem

vicem trochlearum supplere totidem corrugationes & involucra, qvibus fibrae muscularorum contorquentur, qvando longitudo musculi abbreviatur & contrahitur, ex qvibus fiat qvaedam trochlearum series, ut in polypesatore, cuius propemodum vis est imensa. Id qvod postea diffuse satis demonstravit BO-RELLVS, qvi per rationem vectium, funium & catenarum, ex pluribus rhombis compositarum, hoc negotium feliciter declaravit. Summatim id edisse-
runt IO. BAPTIST. DV HAMEL de corpore anima-
to p. 688. Vis illa tam valida muscularum hinc oriri potest, qvod fibrae carneae sunt velut totidem vectes, tendinibus
affixi, qui pondus appensum adducunt. Qvo enim motus
est validior, hoc musculus est magis compositus, & plures
sunt fibrae carneae, aut certe venter musculi ab articulo
seu motu cardine longius distat. Vnde ut in vete & aliis
machinis, ita in fibris muscularum, qvo motus incipit lon-
gius a centro gravitatis, hoc magis augetur. Cum autem
nervi sint tantis motibus obeundis impares, nec circa disrup-
ptionis periculum ipsum adeo auctum Justinere
queant: in ipso musculo tam valida vis quaerenda est,
quam tot fibrae, simul contractae, ut totidem funiculi ba-
bere possunt. Quid praeterea ad exornandum magis
hanc sententiam adiecerit BA GLIVIVS, qvi, qvod
vectibus si scytalae addantur, ingentia qvaeque pon-
dera validissime tunc a scytalis propellantur, sangvi-
nis maslam per fibrarum muscularium spatia trai-
& tam ex infinitis minimis globulis solidis componi-
putat, qvi scytalarum ad instar per illa spatia volvan-
tur, fibrisqve suum impulsum communicent; de eo

63 DISS. DE MECHAN CORP. NATVR.

videri ipse potest in *Tract. de fibra motice p. 196. seqv.*
STVRMIVS ex adverso, cum neque ex vectis, neque
 ex peritrochii, neque ex ceterarum usitatarum po-
 tentiarum natura id congrue deduci posse' censeret;
 dealio principio sollicitus fuit, & per vesicam, quae
 solo oris flatu abbreviari, & sic abbreviata pondus
 quoddam notabile allevare locoqve movere potest,
 rem istam explicare conatus est, cuius cogitata, & ma-
 china in eundem finem exstructa videri possunt
*Colleg. Curios. part. II. Tentan. XI. de nova quadam poten-
 tia Mechanica, musculturum actiones stupendas in corpore
 animali egregie illustrante & oculis ipsis quodammodo de-
 monstrante.* Nos, cum hic prolixiores esse non liceat,
 non possumus tamen, quin sub finem adhuc mentio-
 nem faciamus IO. BERNOVLLII qui in *Meditatio-
 nibus Mathematicis de Motu muscularum Act. Erud. anno
 94. insertis*, tum curvam, secundum quam fibra mo-
 trix expanditur, tum rationem inter vim dilatantem
 & resistentiam, aliaqve per demonstrationes Alge-
 braicas ingeniose determinavit. Quae si animo &
 ratione recte comprehendamus, Geometricasque fi-
 gurationes & demonstrationes consideremus, qui-
 bus creator rerum, velut idiomate quodam & char-
 acteribus, in operibus suis loquens, thesauros infinitae
 suae sapientiae aperire voluit; intelligemus prorsus,
 praecelle sensisse Platонem, qui quaerenti, quid
 ageret DEVS, respondit:

ὁ θεὸς δὲ μόνον δεῖ γεωμετρεῖ, ἀλλὰ
 καὶ δεῖ μηχανᾶται.

35 30 (56

5i 2149

ULB Halle
002 410 087

3



56.

V218

VOMA



